



Aaa. 10.  
n. 17.





D. IO. SAL. SEMLERI  
INSTITVTIO BREVIOR

AD  
LIBERALEM ERVDITIONEM  
THEOLOGICAM.

---

LIBER PRIMVS.



---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
SYMTIBVS IOANN. GODOFR. TRAMPE  
M D C C L X V.

KÖN.PR.FR.  
UNIVERS.  
ZV HALLE





INGENVIS THEOLOGICAE  
ERVDITIONIS  
EX  
ACADEMICORVM NOSTRORVM NVMERO.  
AMATORIBVS  
S. P. D.  
IOH. SALOM. SEMLER.



Primum librum *institutionis breuioris ad liberalem eruditionem theologicam* VOBIS praecipue offero atque inscribo, quibus hanc operam p[re]a aliis maxime destinaui; qui et *editionem libelli sumtibus liberliter adiuuerunt, illustrationibus etiam per hoc*

## PRAEFATIO.

Semestre publicis diligenter interfuerunt; quorum adeo exemplum constantis et propriae contentio-  
nis aliis etiam commendare ius fas est. Inter plura luculentissima et noua documenta regii in  
**VOS** et nos fauoris, quo publicae saluti et  
prosperis successibus sapientissime nostris in terris  
prospicitur, etiam istud mandatum *illusterrissimo-*  
*rum Academiae Curatorum* referendum est, quod  
et theologorum hic ordini publicas tres lectiones  
nuper iniunxit; et **VOBIS**, qui ad sacram pro-  
vinciam bene gerendam praeparandi estis, saluber-  
rimam et laudatissimam academicæ vitæ rationem,  
maxima cum auctoritate, in mentem reuocauit.  
Ex ipsis lectionibus publicis ea mihi cessit, quae  
theologicae eruditio*nis iustum ambitum*, veram  
indolem, certa et propria adiumenta, complecti-  
tur. Requirebam igitur aptum huic consilio libel-  
lum, sed non videbar talem iam inuenire istorum  
in numero, qui inde a seculo XVI. non rari exstant,  
vti maxime huic caussæ conuenire statueram. At-  
que sine inuidia ita sentio; neque enim eorum,  
qui ante nos dederunt simili consilio operam, stu-  
dia et labores facile contemno, quorum potius  
mentis integritatem et multa de multis merita et  
pod. von maria und nothrhilf. mihi



## PRAEFATIO.

mihi et *Vobis* semper ob oculos ponere soleo.  
*Erasmi, Zwinglii, Melanchthonis, Chytraei, Strigelii, Hyperii,* et aliorum Sec. XVI auctorum  
praeclara studia et luculenta merita, etiam de hac no-  
stra caufsa, grato adhuc animo post nos boni omnes  
memoria repetent. Nec superioris seculi insignia  
nomina despicere licet; nec nostrae aetatis vtiles  
huius generis libellos minus, quam par est, aesti-  
mabimus. Sed, ut maxime gratus ipse agnosco, quae  
ex aliis profeci aut profici adhuc posse vltro fateor,  
tamen et illud p[re]ae me ferre audeo, ei consilio,  
quod sequi proposueram, me non inuenisse omni-  
no aptum libellum. Superiorum temporum ratio-  
sic fert, ut multa et pleraque tractata fuerint pro-  
eius temporis minus laeta indole; quam vel adiu-  
mentorum eorum penuria non parum opprescit,  
quibus hodie fere abundamus. Atque esse solet  
propria fere vnicuique seculo et publica et priuata  
caufsa, ad quam non respicere non possunt pru-  
dentes sui temporis magistri; eam autem supera-  
re, et limites quasi vltro transcendere, contingere  
vix potuit. Nec seculum XVII multo felicius ha-  
buit; impróbis certe metis quasi circumscripti  
fuerunt plerique auctores, si ad nostram aetatem

) 3

eos

## PRAEFATIO.

eos comparamus, licet suis et rebus et hominibus  
 vtilitatem omnem, quam poterant, procurauerint.  
 Exemplum vel vnum illud effecerit, vt videar sine  
 inuidia ita statuere: textus graeci et hebraici histo-  
 riam, atque stabilem interpretationem, et patrum  
 ecclesiasticorum incertam appello auctoritatem;  
 his enim duobus locis nostra aetas haud dubie su-  
 periora tempora facile vincit, atque ob eam caus-  
 sam etiam theologicae disciplinae eruditionisque  
 modum non parum aliter nostro tempore informa-  
 re oportet. Sed et mentis, quam recte compo-  
 sitam ad dei similitudinem habere decet christianaee  
 rei ministrum, iusta indoles, atque liberalis pru-  
 dentia, quae ex superiorum temporum exemplis at-  
 que institutis sensim colligitur, nostro tempore a  
 difficulti et vehementi multorum olim disciplina,  
 non parum differet: si quis apud se statuat, non  
 tam incertam aliorum virtutem et stabilem quasi  
 consuetudinem, quam Christi et Apostolorum in  
 docendo et agendo modum, vt maxime fieri pot-  
 est, ad se et ad alios sic esse transferendum, vt alio-  
 rum aliis exemplis, studiis atque institutis et mo-  
 ribus vel tenaciter receptis, se impediri non patia-  
 tur; nouarum quidem rerum non improbe cupi-  
 dus,

## PRAEFATIO.

dus; sed nec auitarum aut paternaruin *παρεδοσεων* pertinax defensor. Hac certe mente, quae neminem contemnit, sed nec alias amore alium vltro laedit, agere ipse et studeo et audeo: *Veritatis* omne imperium internum, *λογικον*, liberale ad omnes patere; externa autem vi atque potentia non posse, itaque etiam non debere, illud proferri; conseruato tamen ordine et honesta ecclesiae forma salua.

Fateor saepius huic rei me apud animum meum dedisse operam, qui fiat, vt plerique religionis inter nos ministri, parum ad auditores proficere et christianam felicitatem promouere in societate publica videantur: et si magno opere rem illam agunt, et seuerissimas sententias fere quotidie gnauiter repetunt. Videbar autem illud animaduertere, contingere fere vbiique, vt auditores in alio quasi orbe constituti de noto iam orbe differenter oratorem sua ipsi mente non sequantur; hoc mali autem inde venire, quod tritis phrasibus aut a quodam tempore quasi sub piaculo receptis, semper eodem, atque uno modo vtitur, qui doctoris personam sustinet. Facile hic adsuescunt his iisdem verbis et sonis auditores, vt nihil ad ipsas res at-

ten-  
dant;

4

## PRAEFATIO.

tendant; itaque nec rerum harum cogitatio et cognitio ceteram mentis vanitatem aut vitiositatem conuelliit; nec enim Spiritus sancti agitatio locum in mente habet, si diuinorum et sanctorum rerum tractationem auditor consciis auribus non excipit. Atque haec in audiendo malignitas opportunum quasi locum habet, si, cum non desit auditoribus ad alias res cognoscendas alacrior exercitatio, eadem quasi chorda oberrantem sacrum monitorem ante fere iam auersari solent, (numquam scilicet recenti quodam studio excitati,) quam lacrae institutionis quasi prooemium in aures incidit. Huic igitur rei operam dare operaे pretium videbatur, ut liberalibus ingenii excolendi exercitiis adsueti iuvenes academicici, insignem illam prouinciam satis aestimare discant, qua olim in publica societate fungi audebunt; certum hoc statuentes, non *noua* quidem fingenda, sed *noue* semper, (ut *Vincen-  
tius Lirinensis* rem dixit,) nouis hominibus veritatem salubrem proponendam esse; quod *Paulus* sapientissime ipse agere solebat, qui *omnibus omnia* esse studuit.

Redii igitur ad Christi et ad Apostolorum tempora, eorumque exemplum maxime nobis proposui

## PRAEFATIO.

sui, vt inde ingenua sacri doctoris persona facilius pateat, §. I-VI. Deinde Cap. I. de *studiis in libros sacros* breuiter, sed ex historia, exposui, adiectis non raro iis obseruationibus, quas putabam hodiernae oeconomiae similiter conuenire, vt olim non parum profuerunt. Attigi igitur etiam ea, quae solent *controuersiarum* nomine de *sacro codice* et eius forma externa ab aliis longe verbosius et molestius praecipi; quorum tamen laudibus aut consiliis bonis detrahere non audeo. Admonui de ea ratione, qua Christus et Apostoli solent V. T. vti, seruato discrimine *catholicae* reuelationis et *orthodoxias*. Breuiter sententiam dixi, de variis quaestionebus, de *prima lingua*, de legendi *signis* et *punctis*; de *integritate excusorum bibliorum*; an corruperint Iudaei suos libros? De *Samaritano* pentateucho; de translatione Samaritana, et de *targumim*; de *graeca* versione των LXX, et de opere *Origenis*; de ceteris *graecis* versionibus, de *orientalibus* aliis, de *latinis* vetustis et recentioribus quibusdam. Admonui de *interpretandi* genere, partim inter *graecos* Iudaeos, cui et *Apocrypha* olim multa alexandrini solebant admiscere; partim de *Iudeis*, Rabbanitis et Caraenis. Ex isto alexandrinorum modo

## PRAEFATIO.

modo multum traxerunt antiquiores christiani; *Gnostici* autem a iudeorum ceterorum rudiori ingenio non parum recesserunt. *Latinos* vetustiores interpretes breuiter recensui. Iam sec. XVI hebraeorum bibliorum editiones eius linguae cognitionem meliorem non parum iuuerunt; et *criticae* inter Iudaeos disciplinae reliquiae collectae sunt; nec tamen iusta interpretatio isto seculo multum fuit promota. Superiori seculo *Cappelli* et *Grotii* studia iusto minus fuerunt aestimata, licet a *Lutheri*, *Zwinglii*, *Crucigeri*, et aliorum liberali indole minus absfuerint. Iam, cum hoc seculo maior lux ad hermeneuticam artem accesserit, de *varia indole et oeconomia librorum V. T.* rectius praecipi, quam olim, potest.

Opportuno sane tempore missus fuit Christus, §. XXXIII. XXXIV, et iam *de ingenuis initiis christianae religionis* pauca obseruare libuit. *Librorum N. T. graecorum* criticam historiam breuiter delineavi §. XXXVIII. seq. et libere dixi, *carere nos ad- huc iusta et fida editione graeca N. T.* §. XLI. Fuit autem nec N. T. interpretandi vna et eadem ratio; aliter πνευματικοι his libris vtebantur, aliter σαρκικοι et ψυχικοι, aliter *gnostici* aliter *ecclesiastici* interpretes, horum tamen non pauci, *alexandrini* prae- cipue

## P R A E F A T I O.

cipue, propius a *Gnosticorum* modo et pompa spirituali absunt, ne ii soli superbirent. Successit *dogmaticorum* interpretum a seculo quarto molestior labor, §. XLV. XLVI, qui, vt rem dicam, non parum ab Apostolorum studiis in alia abiit, quae ad vitam et virtutem christianam minori momento pendebant. De variis *translationibus* sacrorum librorum N. T. sequitur breuis recensio, et meliorum e vetustis interpretum designatio. Seculo tandem XVI laetior successit hermeneuticae artis habitus, perpetuis tamen litibus non parum impeditus; seculo etiam superiori vix pauci locum *homileticum* humiliorem deseruerunt, plerique aut *Grotium* iusto plus auersati, aut *Cocceii* disciplinae temere adhaerentes, parum boni fuerunt interpretes. Superest igitur, vt hoc nostro seculo iustum demus interpretationi operam; quam in rem breuiter quaedam obseruantur §. LVI. seq.

Cum interpretandi indolem sequatur *dogmaticorum* studiorum successus, Capite II. breuiter recensui *studia Christianorum in doctrinae quandam informationem* collata, per quinque priora secula; multorum scriptorum iam verbosiorem epitomen dedi in *praeparatione* ad *historiam dogmaticam, polemicae*



## PRAEFATIO.

micae Baumgartenniae praemissam. Ex istorum enim temporum scriptoribus solent plerique posteriorum rei christianaे doctorum repetere et auctoritatem et argumenta; illustratum iui eum reperiundae doctrinae et disciplinae modum, quo christiani in sectas solent abire; obseruare studui distincta consilia et studia, quae afferebantur ad religionem suscipiendam; ea enim rationem ostendunt, vt intelligere queamus, qui factum sit, vt in tam varias opinandi et decernendi partes Christiani seculo iam I. II. III. abierint; quae diuersitas et porro est continua, nec nostra aetate tollitur, atque, vt opinor, numquam omnino aberit. Itaque nec illud praecipue est spectandum in dogmatica prouincia, vt omnes christianos eo adigamus, vt teneant easdem de rebus cunctis diuinis et christianis *evangelias* atque rationes, aut, si multi dissentiant, vt eos, nostra auctoritate, ab omni dei gratia et Christi beneficiis omnino exclusos pronuntiemus. Variabunt enim semper de rerum *λογοις* et rationibus sententiae: modo diuersa opinantium non sint diuersa studia, sed consilia omnia ad promouendam inter homines pacem, et felicitatem, augendumque ex tantae rei successu et sensu dei honorem conferantur.

Huius

## PRAEFATIO.

Huius sententiae vim et robur opinor ex ista recensione scriptorum christianorum facile posse sentiri; itaque efficitur inde hoc, non praecipuam rem esse, in decretorum numero et sententiis perpetuum consensum: sed vitam deo et Christo, quem seruatorem omnes fatentur, dignam, qua maxime et Iudeorum et alienorum a christiana religione omnium paupertatem *πληνη* recte superamus; insigni contra vituperio et contemtu digni, si opinorum diuitias ostentamus, virtutis autem diuinioris defectum et parum similem deo mentem, vitae gerendae ratione vltro confessi. Huic igitur rei, fateor, praecipuam dabo operam; atque hac *breui institutione* ostendam, variis temporibus varium quasi fuisse et esse theologicae prouinciae ambitum et apparatus; sed ad rei arcem, et Christianismi veram praestantiam, ista omnia, quia varii sunt et mutabilis ingenii, adiumenti et praesidii minus conferre; religionis christiana ministris igitur opus esse, iusta et certa harum rerum cognitione, quae et ipsa nostra aetate non parum differt ab illa, quae fuit aliorum temporum: sed et his cunctis rebus ita vtendum esse, vt inter homines genuina vitae emendatio promoueatur, errorum practicorum tyrannis et

## PRAEFATIO.

et vile imperium conuellatur, atque hac ratione christiani homines ad eam praestantiam et dignitatem ducantur, quae cum dei consilio summo, cum Christi omni prouincia, coniuncta est. Hic si religionis ministri et adiutores sacri sibi et suae reipublicae capiunt, ex isto censu, quem prebibimus, quod hodie feliciter imitantur; foedum autem inceptu, foedum exitu, quod studiosissime vident: haud paulo proprius aberunt ab ista persona τὸν αὐτῶν τὸν θεόν, quam Paulus informauit, 2 Timoth. III. 17. qui est ἀγλιος, ἐξηγέσιμενος προς πάντας ἐργαζοντας. His igitur magnae rei paruis primordiis, deum rogabimus, ut felices successus largiantur; qua in re, quotiquique ex VOBIS, amatissimi auditores, hoc deum rogabunt, et hoc sibi proponent: dubium non est, eos laetissima in conscientia ad sanctam hanc, hominum cum deo proprius coniungendorum, prouinciam, accessuros; qui seculis fecerint, me auctore aliquid se profecisse, rogo, ne umquam profiteantur. Dabam in *Frideriana* regia ipsis Calendis Octobr. MDCCCLXV.

INSTI-





INSTITVTIO BREVIOR  
AD  
LIBERALEM ERVDITIONEM  
THEOLOGICAM.



Cum de eo fatis constet, vnumquemque christianae religionis interpretem atque ministrum, esse suo in loco Iesu Christi, (qui perfe-  
ctissimam auctoris et doctoris per-  
sonam ex dei patris decreto Ioh. 3, 16. 17, 2. &c. ad  
homines solus praestitit), *successorem*: facile atque  
optime inde colligi potest, quid praeципue propositum  
esse debeat ingenuo doctori. Hoc autem  
munus ipse *Christus* ita sanxit, Matth. 28, 19.  
*μαρτυρεῖσθαι ταῦτα τῷ ἔθνῳ, — διδάσκοντες  
αὐτὸς τηρεῖν πάντα, οἵτοι ἐντειλαμένην μίνιαν.*  
Constituit ipse ταῦτα μὲν απόστολος, ταῦτα δὲ προφῆ-  
τας, ταῦτα δὲ εὐαγγελιστας, ταῦτα δὲ ποιμένας, καὶ  
διδασκαλος, Ephes. 4, 11. ὑπερ Χριστοῦ πρεσβευ-  
μεν, ὡς ταῦτα θεοφανείας διηγεῖται &c.  
2 Cor. 5, 20. *αὐθετεῖσθαι καὶ διδάσκοντες πάντα  
εὐαγγελιον ἐν πασῃ σοφίᾳ*, Coloss. 1, 28.

Vnde se-  
tur, quid  
propositum  
esse debeat  
religionis  
interpreti.

A

§. II.

## §. II.

**Quid Christus sibi proposuerit?**

Complexus est Christus paucis verbis quod propositum ipse fecutus sit, Ioh. 3, 16. 17, 3, vt homines, (*μετανοηταις*, alia mente imbuti, intelligendis rebus aliis atque agendis intenti, atque a vitiis et delictis liberati), *ζωντινον* nanciscantur, quae contingit, si salubri cognitione τε μονε αληθινες θεσης, et eius, quem eius rei causa misit, Iesu Christi, praediti atque aucti fuerint. Hanc in rem omnia coeunt, quae Iesus Christus, dum inter homines ageret, diuinitus et docuit et egit, et quae morte fatali suscepta ad nos publice sanxit et confecravit.

## §. III.

**Successor Christi, quid proponere sibi debet?**

Christi igitur suo in loco atque in parte tam praeclari muneris successor, similiter hoc maxime sibi proponat, oportet: vt declaratione atque confirmatione *salubris doctrinae et disciplinae*, instauret atque promoueat inter homines sui loci atque temporis, vti illis optime conuenire intelligit, liberali dei cognitionem; cuius vsu atque exercitio, hominum et huius et futurae vitac vera atque stabilis felicitas continetur.

## §. IV.

**Imitari Christum doctorem.**

Itaque, quotusquisque voluerit recte istam prouinciam explere, opus est, 1) vt longe, quam alii homines, melius atque perfectius ipse sciat, intelligat atque expertus sit, vniuersam Christi et doctrinam et disciplinam. 2) Vt adhibeat in docendo et suadendo similem modum, studium et sapientiam. 3) Ideoque semper ob oculos sibi ponat, discrimen loci sui, diuersitatem temporis et rerum ceterarum, quae prudentiae locum faciunt:

4) Vt

4) Ut animi integritatem et vniuersae vitae formam ad praestantissimum illud Christi componat exemplum. Ista quo quis studiosius atque aptius semper coniunxerit, eo perfectiorem praestabit *Theologi*, sive ministri christianaे religionis, personam.

### §. V.

Sunt autem quatuor ista decreta eo ingenio, partim ipsa, partim ob longum temporis intervalum, quod nostram aetatem a primo seculo christiano dirimit, et tot interea hominum studia atque ingenia variis modis atque contrariis exercuit: ut ea omnia ipsis brevibus decretis comprehendantur, quae solent variis nominibus distingui, atque tot per partes theologicae eruditionis recenseri; Scientiam theologiae *exegeticae*, *dogmaticae*, *polemicae*, *moralis*; theologiae *symbolicæ*, *patristicæ*; historiae *ecclesiasticae*, antiquatum, et iuris *ecclesiastici* vetustioris. Quarum theologicae eruditionis partium, quo quis est peritior et quo iis melius et prudentius vti scuerit: eo dignorem locum inter *Theologos* et ministros religionis occupat. Est autem fatendum et illud, non esse eamdem harum partium necessitatem aut utilitatem ad istum finem; quia sunt in christiana re publica variae quasi classes ministeriorum, quibus christiana religio sive promouetur, sive ornatur atque confirmatur, 1 Cor. XII, 28 seqq. Hic igitur videndum est, ne quis ineptius plura et maiora arripiat, quam suo in loco, pro suarum facultatum modulo, ipsi competere possint.

Varia qui-  
dem, sed  
non omni-  
bus simili-  
ter necessa-  
ria.

### §. VI.

Quemadmodum in addiscendis cunctis artibus multum valet tum ingenii quaedam facultas, tum peritorum aliorum institutio, qua aliquis longe me-

Aliorum  
hic institu-  
tione non  
commodo  
carere pos-  
sumus.

lius ingenii facultatem adhibere discat, et iusto exercitio ipse in arte facilius proficiat: ita etiam hac in causa opus est, partim ut ne quis omnino ab ingenii facultate omni destitutus sit, partim, ut salubri vtatur aliorum institutione atque praestanti exemplo; cum nemo inusitatum illud adiumenti genus prae se ferre recte iam amplius queat, quo apostoli et primi quidam christiani doctores vtebantur, ut sine longo studio atque exercitio statim ceteros homines intelligendi atque docendi facultate sic antecellat, ut hi ipsum inter ipsos legitima auctoritate et praestantia non carere statim fateantur. Haec tamen sola est liberalis et iusta ratio, quam ob rem doctorem aliquem alii sibi eligunt atque constitunt; oportet Episcopum, christianae religionis antistitem, esse — διδακτινον, 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. δε του ἐπισκοπον ἀνεγυλητον εἶναι, ὡς θεος ὀμονομον, Calibi describit, 1 Cor. 4, 1. ministros religionis, ὑπηρέτας Χριστος, καη ὀμονομεις μισηρων θεος) v. 9, αὐτεχομενον τη κατα την διδαχην πιστος λογος, ειναι δινατος η, καη παρακαλειν εν τη διδασκαλιᾳ τη υγιαινεσση, καη της αντιλεγοντας ἐλεγχειν. Actor. 18, 25. Apollos ην κατηχημενος την οδον &c.

## C A P. I. DE STVDIIS IN LIBROS SACROS.

### §. VII.

Ex ipsis sa-  
cris libris  
hodie in-  
formanda  
est doctrina  
Christi.

marcella  
Lindai am  
mūrā  
mōrā  
Dōq. eis  
sumui

Melius atque perfectius ceteris hominibus scire atque intelligere doctrinam et disciplinam Christi, atque imitari eius in docendo modum atque exemplum, (§. 4.) nemo potest, nisi qui ex ipsis sacris monumentis, quae describunt Christi vitam, et res gestas, atque Apostolorum studia nobis exhibent, ea colligere atque recte coniungere didicerit, quibus christianaे religionis ingenua ratio et eius integrerii-

gerrimum exercitium continetur. Cum enim unus quisque suo tempore atque loco, doméstico atque proprio, vtatur sic, vt nemo ante eum alius hanc prouinciam ita gerere potuerit, vt nihil iam huic hodie agendum sit, quam quod olim hac illa ratione egerat iam alius: facile patet, alio tempore *etiam alium modum eligendum atque obseruandum esse* in huius eiusdem administratione muneris. Itaque vidēmus et Christum ipsum sapienter, (vt *ειπονομον τε. θεος*) ea distinxisse, quae ferre atque recte intelligere discipuli nondum poterant; et Apostolos aliter erga *ηγριας* atque *αθεοεις* docendi prouincia funtos fuisse, quam erga *πνευματικες* et *τελειας*; quam sapientem *oeconomiam* etiam priorum seculorum doctores continuarunt. Sed et illa tempora, ante Christum, per prudentissimam *oeconomiam* diuinam, longe minorem cognoscendi modum secum tulerunt, quam illa posteriora. Igitur superiōra secula cuncta suae aetati variis studiis variam adulterunt vtilitatem: sed nullum ex istis seculis, quae praeterierunt, istum bonum intelligendi et docendi modum iam omnino occupat, quo nostra aetate praecipue opus est; sed ex eorum, qui ante nos vixerunt, cunctis studiis sapienter ea segreganda sunt, quae istis hominibus, quam nobis et nostris, melius conueniebant; illa autem vtiliter imitanda, et nostro tempori adaptanda sunt, quae praecipue melioris formae ingenio nobis et nostris prodeſſe possunt.

### §. VIII.

Cum ex *sacris ipsis monumentis* colligenda sint a nobis christianaē religionis et capita et adiumenta, prout hodie quidem optime informantur, §. 7, primo loco res redit ad iustum numerum et censum sacrorum monumentorum, e quibus ista colliguntur;

*De canone  
non exstat  
inter veteres  
fatos con-  
fessio.*

A 3

*cano-*



*canonem* dicere solent, siue, quod *index* atque *catalogus* fide dignus, horum librorum iam olim extiterit, tam apud *Iudeos*, quam apud *Christianos*; siue quod *regulæ* et canonis instar habeant hi libri, et suo, quod continent, argumento, recte intelligendae religionis caussam atque recte experiundi eam fontem atque modum designent. Cum vero et inter *Iudeos* et inter *christianos* religionis ministros antiquitus fuerit non vna sententia iam, aut consentiens omnium de *canone* opinio, siquidem et *Hebrei* *Iudei* de quibusdam scriptionibus olim dubitarunt, et *graeci* *Iudei* graecas multo plures admirerunt, et *christiani* similiter pluribus libris sacris tanquam diuinis, vsi fuerunt, quam *Hebrei*, et quam alii *christiani*: facile patet, vario et instabili isto aliorum, siue plurium siue pauciorum, testimonio atque arbitrio, hanc rem ad omnes hodie *Christianos* non omnino confici; posse etiam non sine ratione, de origine atque auctoritate *diuina* huius vel illius libri, e. g. *cantici canticorum*, *Esther*, *Apocalypseos* &c., aliquem hodie dubitare, vel in contrariam etiam partem pronuntiare; ut tamen de religionis *christianæ* caussa atque indole nihil omnino per ipsum reiicitur. Historiam enim populi domesticam quidam libri recensent, et quidem e modo, qui tum lectoribus conueniebat; non vero cuncti religionis diuina et perfectissima decreta, et *magdalena* praeepta ad omnes homines produnt.

### §. IX.

Quomodo Christus et Apostoli V. T. vtuntur. Si vel maxime e libris N. T. graecis illud non quasi oculis videremus nostris, Christum id operam suo tempore praecipue dedisse, ut (licet nec exteri ab eo negligerentur,) *Iudei*, meliori cognitione dei et rerum deo dignarum vsu atque exercitio imbuerentur: illud tamen vel *exterorum hominum*,

num, ipsorumque Iudeorum *testimoniis* constare poterat. Itaque facile patet, Christum saepe *Iudeorum caussa* ex libris *hebraicis* adiumenta et documenta arcessisse, ut eis persuaderet, diuinioris huius doctrinae et melioris religionis rudimenta, vt ea ferre olim populus parum ingenuus poterat, per libros *Mosis*, per *prophetas*, et per *hagiographa* (sic Iudei dividunt hebraicos libros) iam esse dispersa, gradibus in docendo variis adhibitis, (πολυμερως καὶ πολυτρόπως, Hebr. 1, 1 deus locutus dicitur ad Iudeorum maiores;) saepius etiam *prophetas* iam hoc portendisse beneficium, fore, vt iusto tempore *iudaicae rudioris religio-*nis forma omni abiecta, perfectior deum cognoscendi et colendi ratio ad omnes homines tandem traduceretur; licet et προφητικος λογος tantum λυχνία instar habuerit, in loco αὐχμηρω, 2 Petri 1, 19, eo vsque, dum clarior lux alicui oriatur ex doctrina Christi. Huius rei caussa et nos hodie *carere iusta hebraicae linguae cognitione* et libris hebraicis minime possumus, vt luculenta illorum exempla recte intueamur, in quibus iam ante Christum fuit πνευμα τοῦ Χριστοῦ, Rom. 1, 2. 1 Petri 1, 11. atque erectioris ad intelligendum animi, spretique τῶν πτωχῶν σοιχεῶν externi ministerii nobilissima eminuit consuetudo. Hoc praecipue consilio scimus et Christum et Apostolos saepe adhibuisse e libris hebraicis sacris aliquas sententias aut historias; non vero id egisse, vt ceteri omnes homines Iudeorum cunctas opiniones domesticas studiosissime ariperent, quibus populi huius omnis historia non sine superstitione solebat consecrari, atque religio illa πνευματος καὶ ἀληθεας per reverentiam in πτωχα σοιχεα impediri. Hoc igitur consilium et nos praecipue in V. T. vsu sequi oportet; ceterum facile intelligitur, multa inesse hebraicis istis libris,

A 4                    quae

quaē potius vetustatis et veritatis historicum characterem ad posteros seruant atque produnt, quam sua natura cum perfectiori christiana religione, per molestam sedulitatem, a nobis adhuc hodie etiam coniungenda sunt. Neque vero hic et illud emolumenti negligendum est, quod ex hebraicae linguae usu colligitur, ut partim *hellenisticae linguae*, quam scriptores N. T. omnes post *graecos* alios Iudeos scribendo adhibent, indeoles recte cognoscatur, quae res magno momento ad docendi modum pendet; partim *chronologia* quasi non solum salubris doctrinae catholicae, sed etiam opinionum et *evangeliorum* de variis rebus diuinis humanisque distinguitur; quae non statim ideo ad religionem etiam a nobis adiungendae sunt, quia forte a Iudeis olim illiberalius et, ut ferebat *πνευμα δελειας*, firmiter occupabantur. Ista, quae hic breuiter obseruamus, si quis omnia neglexerit, commiscebbit *inspirationem* atque *movebiliā* diuinam, cum ipsa catholica *revelatione*; atque non solum difficilis atque molestus ad alios interpres, sed etiam impotens religionis christianaē defensor fuerit.

## §. X.

Inuenustae  
lites de lit-  
teris et pun-  
ctis hebrai-  
cis.

Plerique omnes libri veteris testamenti scripti sunt *hebraica lingua*; pauca tantum iis iam insunt *chaldaica*. Inuenusta fuit illa controversia seculo superiori agitata, an sit ista lingua *omnium prima*; an semper his *signis et punctis* instructae fuerint litterae, et voces diuisae, vtrum litterae, quas *Samaritanas* dicimus, an vero *quadratae*, quibus codices hebraici iam vtuntur, primae sint atque antiquiores. Quae vtcunque fuerint existimata, haud in magno ponendum est discrimine; ad religionem certe et salubrem doctrinae, quae iis libris vario modo inest, usum parum interest; nisi *Phariseorum*

rum quis imitari velit molestam sedulitatem, qui externis maxime rebus et studiis tribuere solebant religionis instar atque virtutem. Litterarum vero figuram, et scribendi consuetudinem, scimus hominum subiacere arbitrio; non vero ad deum et religionis partes pertinere. Exemplum causae praestant libri gracci sacri N. T.

## §. XI.

Plus momenti habere videri potest illa quaestio, utrum in libris hebraicis inde ab isto tempore ad secutam aetatem posteriorem nihil fuerit aut ca-

De integritate excusorum bibliorum.

su et negligentia describentium mutatum aut consilio? Qui negant excusos codices hebraicos esse integerrimos, nihil detrimeni; qui adfirmant, nihil praecipuae utilitatis religioni christiana inferunt. Illud videtur esse satis certum, hic ibi scribendi modum a posterioribus Σηματογραφίαι, scribis publicis Σηματογραφίαι videntur graece dici, esse mutatum, siue ratione orthographias, siue ut sensus existeret facilior; non raro etiam ex superstitione quadam. Oculis enim videre licet, scriptos codices differre non raro ab excusis nostris, non solum in litteris, sed etiam in vocibus; licet plerique excusi libri inter se satis conueniant, qui fere omnes sunt ad semel excusos alios editi. Fuit autem iam olim inter Iudeos, quarundam certe prouinciarum, quaedam quasi critica disciplina, ad codices in honore prae aliis habitos informata, quia nemo amplius ad αὐτογράφα sacrorum auctorum conferre codices descriptos poterat; e cuius, quae adhuc colligi potuerunt, documentis, Masora tandem congesta est; traditionem nomen hoc significat; cuius autores et ad alias transmittendae magistri, Masorethae solent dici, quorum de historia et prouinciae gestae ratione parum nobis adhuc constat. Eorum

non essent  
sunt  
ceteris  
admodum

A 5

autem

autem et diligentiam et indolem christianis hodie studiis non parum superari posse, facile arbitrari licet; qua tamen opera, quae impenditur, ut emendatissimo hebraico codice vtamur, si multi opinantur, iniuriam fieri sacris libris, eorumque integritatem laedi, non facere ii videntur, quod dignum est libertate Christianorum. *Integritas* haec grammatica et orthographica nostris studiis aut paratur et propugnatur; aut nostra negligentia et stupidis decretis perit et impeditur. Non caret autem haec critica disciplina suis legibus et regulis ingenuis; a quibus qui recedunt critici, recte reprehenduntur. Quoti vero quique bona fide agunt, non est, cur metuant, ne in deum sint minus *exuberantes*, quam illi, qui excusae editioni fidem sic habent, vt omnino nolint aliis adiumentis vi.

## §. XII.

*Iudei non  
corrupe-  
runt libros  
hebraicos.*

Fuit olim satis vulgata inter christianos a seculo tertio sententia, *Iudeos ipsos corrupisse* dedita opera libros sacros hebraicos, ne christiana religionis luculenta adiumenta amplius inde peterentur. Sed non caret improbitate atque fere dedecore ista suspicio; cum eorum, qui primi Iudeos accusant, nemo *hebraicam* linguam tenuerit; exempla autem, quae appellare solebat *Iustinus*, quem veteres *martyrem* dicunt, et post eum alii, vix aliter possint intelligi, quam de *graeca* quadam *paraphrasi*; quam mirum non est, a Christianis lectoribus hic ibi quibusdam christianis, quae Christi caussam luculententer describerent, sententijs et nouis carminibus auctam fuisse; quorum additamentorum vtique nec vola nec vestigium apparebat in codicibus illis, quibus vtebantur Indaei sive *hebrei* sive *graeci*. At Indaci ideo non dici possunt corrupisse libros sacros. Alii, qui chronologiam των LXX praefer-

re

re solebant, Iudeos suspiciati sunt contraxisse numeros annorum *patriarcharum*, vt ne coniugiis sero darent ciues operam; tandem alii nouam causam repererunt, Iudeos mutasse istos annos, ne argumentum pro Christi aduentu ex illorum tam magno numero, qui sex mille annos, (sex dies mundi fatales et mysticos;) fere occuparet, colligi amplius aduersus ipsos posset; quae suspicio et multos postea amatores, e superiori autem seculo *Iaacum Vossium* habuit praecipuum patronum, *Pezroniumque*; nostro autem, inter Anglos *Whistonum* et *Jacksonum*. Romanae autem ecclesiae statores eo lubentius *patrum* sententias istas adhuc sequi solebant, vt *vulgatae translationis honorem* atque ecclesiae auctoritatem eo facilius commendare liceret; atque ideo fere etiam plerique *Protestantium* impotentius in *Vossium* inuecti sunt, quia *hebraici codicis integritas* per ipsum conuelli videbatur.

## §. XIII.

Ad *criticum* non solum ministerium sed etiam ad *hermeneuticum* praecipue pertinent *vetustiores* librorum hebraicarum *translationes*. Quarum in numerum et si minime referendus est *pentateuchus Samaritanus*, quippe qui *hebraicum* textum litteris istis rudioribus, *Samaritanis*, scriptum exhibit: multum tamen confert ad habendam de textus hebraici integritate quaestionem; nec enim raro aut leuiter differt hoc *Samaritanorum* exemplum ab isto hebraico, quo nos iam vti solemus. Scripti autem *samaritani* codices nec ipsi conueniunt cum excuso hoc *Samaritano* exemplo. Mutant non solum litterae similes, sed etiam ipse sensus hic ibi est breuior aut copiosior, quae additamenta tamen sunt parum ingenuae indolis; *chro-*  
De Samari-  
tano penta-  
teucho.  
*nolo-*

*nologia* autem patriarcharum ita est interpolata, ut facile appareat, dedito consilio sic auctores egisse, ne cum ceteris Iudeis hebraeis in temporum supputatione, quae ad Hebraicam rem publicam praecepue pertinebat, conuenirent; a quibus et eo se iunguntur, quod *sacros libros alios*, praeter istos Mosis, non admittunt; qui scilicet vel post publicum X tribuum a duabus aliis dissidium inter istos Iudeos proditi erant, vel argumenti sui indole *Samaritanos* non parum offendebant.

#### §. XIV.

Translatio  
*Samaritana*  
et *Targum*.

Est autem *Pentateuchi* etiam *Samaritana* quaedam translatio, incertae aetatis atque utilitatis mediocris; nobilior autem exstat *chaldaica*, *Onkelosi* nomine, licet et ipsa originis minus certae, multi tamen usus; utilitate certe multum vincit illam, quae *Ionathanis* nomine falso insignitur, quae similiter meliori adhuc ingenio est, quam illa *Hierosolymitana*, cuius tantum laciniae supersunt, quae auctoris incepit atque inuenustum ingenium satis produnt. In *prophetas*, tam *priores*, quam *postiores*, quod discriben Iudei iam olim reperrunt, utimur translatione chaldaica *Ionathanis*, quae non exiguum utilitatem praestat; senioris temporis est translatio *Hagiographorum*, cuius *Iosephum* aliquem luscum faciunt auctorem; et translationes plures in libellos quinque, quos *Megilloth* Iudei appellant; quos inter in librum *Esther* Iudeis praecepue carum, plures supersunt versiones; in libros *chronicorum* targum edidit *Wilkinsius* e codice meliori, quam ante eum *Beckius*. Non sunt vnius aetatis atque indolis istae translationes; multae, praecepue illa *Pseudoionathanis* in Pentateuchum, illa *Hierosolymitana*, quaedam in *Megilloth*, Iudaici ingenii crassa produnt documenta, quae multa illustrant

strant eorum, quae pertinent ad *historiam* opinio-  
num et decretorum Iudaicorum, quorum vestigia  
non obscura in libris N. T. reperiuntur. Maiora  
quaedam hebraicorum bibliorum corpora solent plu-  
ra horum *targumim* vna excusa exhibere.

## §. XV.

*Graeca translatio* videtur *chaldaicam* ratione *Translatio*  
temporis sequi, et si minus certum est, chaldaica-  
rum, quae nobis supersunt, aliquam ista graeca esse *graeca των*  
*LXX et*  
*Origenis*  
*vetus*tiorem. Illam autem graecam hic designamus, *opus.*  
quae solet ex vulgata ad nos usque fabula, dici *των*  
*LXX* interpretum, a Iudeis *alexandrinis* auctori-  
bus haud dubie profecta, qui amplissima de Rege  
Ptolemaeo fabula reperta, auctoritatem suscep-  
to negotio et consilio ad exterios alios Iudeos concilia-  
tum iuerunt. E Christianis *Hieronymus* fere pri-  
mus ausus est ineptam *Ἑοπνευστὰς* opinionem et  
cellularum historiam, abiicere, translationisque ho-  
norem nimium recte minuere. Rei autem gestae  
historia nobis fere ignota est, quemadmodum ipsa  
translationis pristina facies; sicut enim illa vario sen-  
sim consilio sic interpolata, aucta atque turbata, ut  
nec spes fere sit, fore umquam, ut tandem integra  
illius atque ingenua vtamur recensione. Librario-  
rum, qui describabant, partim negligentia partim  
inuenusta sollertia factum erat, ut non parum discri-  
minis inter apographa intercederet, iam *Origenis*  
tempore; is igitur multum laboris impendit, ad  
emendandam *κονην ἐκδοσιν*. Longe autem melius de  
re sacra meritus est opere illo *hexaplii*, in quo *he-*  
*braicus* textus litteris *hebraicis*, et *graecis*, ut  
linguae cognitione iuuaretur, duabus in columnis scri-  
ptus fuit; quatuor aliae columnae, (vnde *ξε-*  
*πλα* seu sex columnis diuisa *βιβλια*), transla-  
tiones graecas quatuor, *των LXX* ex emendatione et  
colla.

collatione *Origenis*, item *Aquilae*, *Symmachii*, et *Theodotionis*, (sic, sine hebraicis columnis, τετραπλα dicebantur,) exhibebant; nonnumquam octapla dici poterant, quia accesserat translatio *quinta*, *sexta*, et *septimae* quaedam partes. Vfus fuerat *Origenes asteriscis*, et *obelis*, vt indicaret, in greca των 70 minus aut plus esse quam in hebraico; ista autem et signa confusa fuerunt postea a librariis, et multa ex versione *Aquilae*, *Symmachii*, et *Theodotionis* hic ibi translationi των LXX admista. E manuscriptis hodie eminent *vaticanus* et *alexandrinus* codex, neuter omnino interpolationis expers; hic ibi etiam libri quidam singulares ex *Origenis* collatione supersunt, tam *graeci*, quam Syriaci. Itaque et *editiones* typis excusae minus sunt adhuc integrae; non solum *vetustiores*, seculi XVI, *complutensis*, *Aldina*, quae tamen ista est melior, et *Germanicae*, sed et ceterae, quae aut *complutensem* editionem, aut *vaticanum*, aut *alexandrinum* exemplar exhibit. Ipsa *translation* non est vno tempore nec ab iisdem auctoribus prodita; in *Pentatecho* exprimit potius *Samaritanum* quam nostrum apographum hebraicum. In annorum vero, qui Patriarchis tribuuntur, numeris nec *Hebraicam* nec *Samaritanam* chronologiam sequitur, sed nouam aliquam instituit, quam graeci Iudaei ex *apocryphis Χειρογραφοις Henochi*, aliisque libris suo consilio ante Christi iam tempora conficiunt, aut deriuunt, aut si hoc aliis placet, his figuris illam adiutum et ad alios confirmatum iuerunt. Nec in ceteris libris cum hebr. semper conuenit.

### §. XVI.

De ceteris  
graecis ver-  
sionibus.

In tenebris similiter versamur, quod attinet ad historiam atque originem ceterarum translationum graecarum, quarum auctores nominantur *Aquila* *Sym-*

*Symmachus, Theodotion;* aliarum autem ne autores quidem nominantur, quae numero distingui solebant, *quinta* (post quatuor istas, των LXX, *Aquilae, Symmachi et Theodotionis*, quae τετραπλαξ conficiebant,) *sexta, septima*; nec satis certum est *septimam* fuisse omnium librorum V. T. Danielis librum ex *Theodotionis* translatione legabant christiani, teste *Hieronymo*; neglecta illa των LXX, quae fere periculo carere non videbatur. Nihil autem constat, de tempore, de occasione, de auctoribus; et parum placere possunt aut satisfacere, quae satis negligenter de iis a quibusdam veteribus attinguntur, qui, si vellent, haud dubie rem rescire poterant. Nec supersunt ceterarum translationum, si illam των LXX excipimus, siue omnium siue vnius apographa; vix laciniae et pauca fragmenta restant, quae ex patrum *graecorum, latinorum, et Syrorum* allegationibus et scholiis quibusdam colliguntur. Possunt autem multo plura adhuc colligi, quam quae *Montfauconius* reperit, et si *Druſii* diligentiam ille multum superavit. Multum utilitatis ex his translationibus reddit ad *hermeneuticum* ministerium; nec nihil iis adiuvatur critica disciplina, et historia opinionum Iudai- carum.

### §. XVII.

*Syriaca* versio altera V. T. ex hebraico textu confecta est, altera ex *graeca* translatione, ex qua et *aethiopicae* translationis partes quaedam et *copticus* pentateuchus publice iam prostant; his *ex graeca* versionibus ad emendandam ipsam graecam praecipue uti licet. Ex *arabicis* translationibus eminet illa *Pentateuchi a R. Saadia*, qui fuit e *Geonim* censu, confecta; atque alia, quae a re gione, *Africana* solet dici; sunt autem minoris momenti

Orientales  
versiones  
aliae.

menti atque utilitatis aliae, quae ex *graeca* aut alia translatione e *graeca* iam deriuata, expressae sunt partes *arabicae*; *Perfica* tandem atque *armena* vix pauci eruditii feliciter atque notabilem in cauſam vii possunt.

### §. XVIII.

*Latinae vestigia* et *quaedam recentiores*. Ex *latina* translatione, quae iam *Vulgatae*, aut *Hieronymi* nomine insigniri solet, multum utilitatis peti potest; partim, quod ad *criticam* librorum hebraicorum sive textus *historiam* pertinet; partim ad interpretandi ministerium; modo satis emendata *latina* recensio eligatur, cuius generis fere sunt *editiones* inde a *Rob. Stephano*, et post *Sixti V*, *Clementisque VIII* publicam atque contraria operam, procuratae. *Vetustior autem latina vestiro*, quae obtinebat ante, quam *Hieronymi* labor improbus *hebraicum* textum *latinis* proderet accuratius, ex *graeca των LXX* eaque minus emendata, deriuata fuit, ideoque aliquid critici tantum ministerii adferre potest. Ex hac antiquario, quae est e *graeca*, superest translatio *latina Psalmorum* in opere *latino vulgato*; quia *Psalmi* ubique locorum ex *vetusta consuetudine latine* iam canebantur, quam consuetudinem conuellere atque translationem ex *hebraico* in istius locum substituere vix licebat. Post *Hieronymum* rarius pauci quidam e *Iudacis*, qui ad *sacra christiana* accesserant, scholia quaedam suggererunt, quibus *latina translatio* iterum cum *textu hebraico* conferretur; sed modicum fuit istud beneficium. Tandem inde a *seculo XVI nouae translationes latine* ex *hebraico* plures conjectae sunt; vario consilio; e quibus *Sebast. Munsteri*, *Tigurina*, *Seb. Castellionis*, *Tremellii* et *Iunii* facile eminent super alias, *Thomae Caietani*, *Ariae Montani*, et *Santis*

Santis Pagnini; Seb. Schmidii, quae nostro seculo adhuc placuit, similiter minus venusto ingenio praedita est.

### §. XIX.

Etsi Iudei *chaldaica* olim, *graecis* etiam et se- De genero  
riori tempore *arabicis*; Christiani autem *graecis la-*  
*tinisque* et aliis translationibus, pro gentium varieta- interpré-  
te, vtebantur: nondum tamen satis intelligi poterat  
sive descripta rerum inter Israelitas gestarum historia,  
sive salubrium sententiarum et nobilium carminum  
recitatio. Quae obscuritas partim a linguae muta- tandi variq.  
ta indole pendebat, partim inde oriebatur, quod  
temporum, locorumque et hominum, morum et  
vitae agendae, successerat alia ratio. Itaque ἔξηγη-  
σεοι; locus factus est iam olim et explicationibus,  
quas aut recitando praeibant auditoribus, si qui sive  
diligenti suo studio atque exercitio, sive aliorum si-  
mili institutione iam vsi, instaurare superiorum tem-  
porum faciem, et lucem adferre posse obscurioribus  
illorum librorum partibus, sibi viderentur; aut in  
litteras etiam aliorum caussa referebant. Fuerunt  
autem sacrarum rerum, quae ob antiquitatem quasi  
aut ob studiosam occultationem satis ipsae intelligi  
non possent, ἔξηγηται, apud alias etiam gentes; inter  
Iudeos autem penes doctores et antistites sacros fuit  
illa prouincia, sed *interpretandi genus* non vnum.  
Alii sequebantur *allegoricum*, *cabbalisticum*, quod  
facultatem dabat, rerum aliarum, quae maxime pla-  
cerent, imagines vbique reperiendi; alii *histori-  
cum* seu proprium, quod descriptis et narratis re-  
bus adhaerebat. Hoc fere a plebe et inferioris lo-  
ci hominibus, quibus *Pharisaei* studebant, ada-  
matum; istud ii praeferebant, qui minus illiberali  
ingenio essent, *Sadducaeui*, atque longe magis ad-  
huc *Essaei*, atque *Therapeutae*. Luculentum rei

B

exem-

exemplum *Philo* suis scriptionibus suppeditat; cuius ex commentariis tripartita illa explicatio (*corpus, anima, spiritus*) ad graecos latinosque christianos interpretes multos transiit.

### §. XX.

**Apocrypha  
multa Ale-  
xandrina.**

*Alexandrini Iudaei*, graeca lingua vtentes, fere medii inter vtrumque genus fuerunt; nec enim *allegoriis* et rebus nouis praecipue dabant operam, nec *hebraicis* libris et historiis contenti erant, sed non paruam copiam scriptionum *graecarum*, antiquissimis nominibus insignitarum, suggerebant. Atque haec *Βιβλία αποκρύφα*, studiosissime ad hoc vsque tempus *occultata*, dicebantur. Hinc vetustissima historia, quae *Mosis* libro primo continetur, nouis fabulis et portentis aucta, et gentis haec pars variis opinionibus de angelis et daemonibus impleta fuit. Alii vetustam gentis sua historiam ita commentando ornarunt, vt honorem populo suo ad exterios quaererent; quos inter *Iosephi* nomen eminet, qui *αρχιβίβειον* in scribendo et intelligendo praecipue ostentat; aliorum vix nomina supersunt, *Aristobuli*, *Aristaei*, *Demetrii*, *Eupolemi*, etc. quos *Iosephus*, *Clemens*, alexandr. et *Eusebius*, Caesariensis, excitant; parum tamen constat, fuisse hos scriptores isto loco et tempore, quo recensentur; adeo solent fere bona fide carere *Alexandrini Iudaei*.

### §. XXI.

**Diuersum  
interpre-  
tandi genus  
inter Lu-  
daeos serio-  
res.**

Iudeorum eruditorum, qui chaldaica, palaestinensi, sive alio nomine distinguenda sit, lingua vtebantur, similiter duplex fere est genus interpretum, quod videtur quasi Pharisaieis et Sadducaeis successisse; alterum *Talmudicis* et *Rabbanitis* constat

Stat auctoribus, qui ingenio suo abutuntur, luxuriantem opinandi et argumentandi modum amplexi, et appendicibus variis moleste studiosi; ex iis quidam etiam fere sub nostra adhuc tempora *cabbalisticam* interpretandi viam sequuti sunt, qua litteras singulas, valorem earum numericum, transpositiones litterarum, confictas nouas voces et mysteria ingentia, magno conatu tractant; ingenio certe suo indulgent, et sensum inepte amplificant. *Caraitae* contra nihil quicquam harum rerum amant, abhorrent potius ab istis hermeneuticis institutis, et scripto textui, ut linguae ratio grammatica postulat, adhaerent. Atque haec melior hermeneutica disciplina inde a seculo X etiam inter *Rabbinos* Talmudistas fere obtinuit, quorum multi *Muhammedano* sub imperio *arabicae* linguae ministerio atque exercitio felicius adiuti, satis ytiles commentarios in libros V. T. iam conscriperunt. Hoc tamen omni apparatu non tam nobis, nostra et religionis nostrae causa opus est, quam eo nomine, ut ex his ea colligamus, quae aduersus inuenientiorum Iudeorum ignorantiam atque improbam segnitiam utilissime adhiberi possunt. Pauca sunt et illa, quae ad domesticae geographiae, chronologiae, antiquitatumque illustrationem iustum ab istis scriptoribus sperare atque impetrare queas.

### §. XXII.

Christiani interpretes atque commentatores in De antiquis oribus christianis interpretibus V. T. sunt similiter vel antiquiores vel recentiores. Antiquiores graeci, quos *Patrum* nomine solent distinguere, sequuntur fere omnes translationem graecam των LXX, pauci et istos graecos alias adhibent, *Aquilam*, *Symmachum*, et *Theodotionem*, et το Σαμαρειτικον. Traxerunt autem plerique ex Alexandrinorum schola allegoria-

rum studium, vt *sub historiis* querant moralia, et copiosissima de Christo, et de crucis, quod pertulit, suppicio, indicia ubique locorum inueniant; exemplo est illa Barnabae tributa epistola. Non defunt tamen vestigia liberalis ingenii, et regulae salubres ad recte interpretandum, e. c. de *oeconomia sapientissima* V. T. et destinatione librorum Mosis, quibus lex naturae ad segnem atque ignavum Israelitarum populum repetita et confirmata fuerit, qui meliora pati isto tempore nondum potuerit. Eminuit prae ceteris *Origenis* praeclarum studium, partim brevibus interpretationibus, partim verbo-sioribus commentariis, quibus historicas etiam et rudiiores quasi V. T. partes, quas *Gnostici* maxime solebant contemnere, liberali argumento ex sui temporis diuiniis auxit, quod sub umbbris atque symbolis inuolutum ibi fuerit atque occultatum. Est autem fatendum, a liberali hoc interpretandi V. T. libros consilio et ministerio nec posteriores graecos commentatores abhorre; vt opera omnia sit pretium, redire nos ad eorum confuetudinem, atque repetere inde illud ingenium, quod Veteris testamenti *cincopias*, quae ad populum obtinuit, ab Σλευθεροις christianorum recte distinguere solebat. Ceterum ad commentarios pertinent non solum libri huius illius auctoris, e. g. *Athanassii*, *Theodoreti*, *Basilii* &c. sed et collecti e pluribus, quos catenas dicere solent. Nec *chronologi graeci* omnino negligendi, licet sequantur fere 785 LXX, *Eusebii onomasticon* geographicum complectitur pauca satis certa; vtraque in causa recentiorum studia facile eminent. *Hieronymus*, *Eusebii chronicon* et *onomasticon* latine transtulit et auxit.

## §. XXIII.

## §. XXIII.

Non minor Christianorum sub oriente atque Gnostici V.  
occidente sole pars, ab omni fere vſi librorum V. T. libris  
T. quibus πνευμα omnino deesse dicebant, plane parum vſi.  
abstinuit; *Gnosticorum* omnes fere familiae, vt a Iudeorum rudiori ingenio atque exercitio minus liberali eo longius recederent, eam viam ingressi sunt. Nihil autem nobis supereſt ex commentariis et hermeneuticis ſcriptionibus *Gnosticorum*, praeter narrationes aduersariorum parum aequas aut nimis obscuras; ex Epiftola autem *Ptolemaei* ad *Floram*, quam *Epiphanius* feruauit, de legis *Mōlaicae* ingenio, ſatis appetet: non fuiffe omnes *Gnosticos* ingenio tam barbaro atque illiberali, ac folent a declamatoribus quibusdam non ſine inuidia fingi et describi.

## §. XXIV.

Inter latinos antiquiores commentatores vnuſ fere omnium *Hieronymus*, Iudeis quibusdam vſus doctořibus atque ministris, hebraice linguae aliquam cognitionem ſibi ipſe acquisiuit, eamque ad translationem nouam *latinam* ex hebraico textu conficiendam primus attulit. Atque commendari hoc huius viri ingenium ad posteros decet, qui nec inuidia nec infamia, qua vehementer a multis ecclesiae latinae ſtatoribus inuenustis impetus fuit, ſe frangi paſſus eſt. Iam eiūs translationis beneficio, feniſim auiſi ſunt quidam latini interpretes relinquere *latinam* iſtam, quae ex *graeca* versione confecta olim fuerat; ita vt inde a ſeculo 8 fere vbiique *Hieronymi* translatio in publicos priuatosque vſus admissa fuerit. Videntur autem latinae versiones commentariorum *Origenis* in V. T. effeciſſe, vt plerique latini scriptores allegoriis maxime dede-

Latini vetuſtores in-terpretes.

rint operam, et eo sensu auxerint libros V. T. qui suorum temporum et locorum lectoribus videbatur optime conuenire. Inde iam sensus *litteralis*, *allegoricus*, *moralis*, *anagogicus* quadrifasiam diuidi, atque scriptoris argumentum parum venuste tractari solet. Placere autem etiam nobis debet quorundam scriptorum liberale ingenium; *Hieronymi* certe et Commentarii et Epistolae eo non carent.

### §. XXV.

*Commenta-  
rii a mona-  
chis colle-  
cti.*

Ex ingenti eorum numero, qui e *Benedicti-*  
*norum* praecipue familia monachorum, per cetera  
secula usque ad XV in V. T. latinos commenta-  
rios collegerunt, parum adiumenti *hermeneutici*  
ad nos reddit; quia solent e superioribus, *Hiero-*  
*nymo*, *Augustino*, *Gregorio*, magno, *Ambro-*  
*sio* etc. pleraque omnia brevius transcribere; quibus  
ob ignauiam aut barbariem domesticam tantum au-  
toritatis iam tribuebatur, ut inde fere cum piaculo  
fuerit coniunctum, si quis auderet ab istis quasi sta-  
toribus ecclesiae et doctrinae ecclesiasticae recedere.  
Rarius *Iudeorum* quorundam, qui ad Christians  
transferant, ministerio, translatio latina cum he-  
braico textu porro collata suisse videtur. Itaque ista  
*latinorum* commentariorum multitudo potius *ad*  
*historiam* latinae translationis aliquid confert, quam  
ad iustum librorum hebraicorum interpretationem.

### §. XXVI.

*Per editio-  
nes hebr.  
bibliorum  
rediit me-  
lior cogni-  
tio.*

Iam a seculi XVI initio noua lux spargi coepit,  
postquam hic ibi Iudei quidam, quorum ingens mul-  
titudo per *Galliam*, *Hispaniam* atque *Italiam* ha-  
bebat, ad christiana sacra pertracti fuerant, qui he-  
braicae lingua aliquam cognitionem inter nos adju-  
uerunt. Praecipue autem eius aliquod studium exsiste-  
re coepit, postquam sacrorum hebraicorum librorum  
edi-

editiones typis exscriptae fuerant; quas inter Neapolitana et Brixiensis fine seculi XV raritate iam eminet; plurimum autem in manus venit complutensis editio, polyglottorum bibliorum prima, praeter hebraicum textum graecam etiam translationem et partem chaldaicam, complexa, licet utramque hanc minus probam atque integrum; cum latina. Prodierunt porro plures Bombergianae, venetiis; Munsteri, Basileae; Antwerpensis polyglotta, Plantini, Stephani que editiones; quarum ad exemplum inde saepius hebraica biblia excusa fuerunt, ad nostra usque tempora. Antiquiores editiones operae minus collocarunt in exhibendis cunctis signis atque accentibus; recentiores autem ei rei tamquam sacramentis maxime studuerunt, seruatis etiam sectionibus et divisionibus Iudeorum, quibus tamen nos facile carcebamus.

### §. XXVII.

Rediit autem sub ea tempora quaedam etsi sub-  
obscura notitia antiquioris disciplinae criticae, quae Disciplinae  
inter Rabbinos, sub occidente praecipue sole, per ma- Iudeorum  
nus tradi solebat, *Masora* dici solita (§. XI.); cuius repetitio.  
quantum reperire tum potuit R. Jacob ben Chaiim,  
Bombergiano maiori operi triplici ordine addidit,  
quo et Rabbinorum quorundam commentaria simul  
exhibitentur. Hanc *criticam disciplinam Elias Levi-*  
*ta* illustravit, ceteris Iudeis non solum sed et chri-  
stianis plerisque, longe liberalius, libro *Masoreth*  
*Hammaoreth*; quem scriptorem parum venuste  
e nostris quidam, qui contraxerant non nihil vitii  
ex Rabbinorum ingenio, solebant vehementer re-  
prehendere, quasi primus ausus fuerit nouis opinio-  
nibus *masorethica* contaminare sacra. Eodem  
autem seculo etiam Capnio, Seb. Munsterus,  
Lutherus, et Zwinglius a superstitione illepidam  
longe

longe absuerunt; quemadmodum seculo iam XV *Jacobus Perez de Valentia*, episcop. Chrysopol. in commentario in *Psalmos* eamdem fere sententiam tulerat, quam a *Leuita* proditam postea multi pati et ferre solebant.

### §. XXVIII.

*Grammatica et lexica  
subsidia eo  
tempore.*

Non defuerunt iam linguae hebraicæ adiumenta; tum christianorum auctorum, et si mediocria subsidia; *grammaticæ* scriptiones, *Oecolampadii*; *Munsteri*; appendix ad *biblia Antwerpientia*, tum *Iudeorum*; e quibus grammatica *Abrah. de Balmis* hoc tempore eminet. *Lectiones* etiam publicae *Wittebergae*, *Lipsiae* atque alibi in academiis, iam haberi solebant, partim ex *conciliorum* quorundam auctoritate, ut existenter fortiores christiana religionis defensores aduersus *Iudeos*, *Mauros*, et *Saracenos* seu *Mohammedanos*; partim ex novo instituto, et utilitatis sensu. *Concordantiarum* latinarum beneficium quod monachi quidam sec. 13. 14. repererant et satis longe protulerant, inter *Iudeos* R. *Mardochai Nathan* superiori seculo ad suos cum *diuisione capitum et versuum*, transstulerat, M. *Antonius Reuchlinus* autem, *Argentoratensis* linguae hebraicæ professor, latine et hebraice edidit seculo hoc 16 medio. Inde porro *lexicorum* mediocria initia satis prosperos successus habuerunt.

### §. XXIX.

*Commentarii latini  
multi, sed  
pauci iusta  
indole.*

Cum *Lutheri germanica* ex hebraico textu translatio per partes edita, corpus tandem bibliorum vniuersum V. T. complectetur, cuius exemplo et *tigurina* fere eodem tempore prodiit: iam commentariorum latina, germanicaque lingua scriptorum larga copia exstitit; sed est eorum ingenium

nium adhuc luxurians, et *theologicum* potius, *homileticumque* thesaurum temporis offerens, quam ita comparatum, ut *hermeneuticum* proprium munus explorare soleat. Pauci igitur fuerunt, qui aut ingenii sui castitate et virtute, aut meliorum *Rabbinorum* adiumento, librorum hebraicorum sensum arctius describunt. *Munsteri* diligentia hic eminuit, et *Vatablis*, *Fagii*, et paucorum aliorum; quos *Calvinus* non paruo interuallo post se reliquit, cuius commentarii hermeneuticam prouinciam a theologi sedulitate sciungere audebant. Ei eam ab rem *Iudaizantis* notam inurere sustinuit e nostris *Hunnius*, domesticis haud dubie suspicionibus et odiis in *Reformatorum* antistites non nihil abruptus. Defensum iuit *Calvinum Pareus* cui *Antipareum* reposuit *Hunnius*; ex hac autem, *hermeneutica* caussa, quae non dissimilis est ei, quae aduersus *Theodorum* episc. *Mopsuestiae* olim agebatur, minus ad *Hunni* cetera merita accessisse videtur. *Flacii Clavis*, cum similibus aliorum libellis, huic seculo praecipue conuenit.

## §. XXX.

Parum felices progressus studii in hebraicos fibros sacros animaduertimus per seculum XVII, et si viam, qua Christianos iam ire licebat, *Iacobus Cappellus* recte prospexerat; qui ista *puncta et signa*, et excusae lectionis quasi sacramenta, quibus religiose plerique omnes adhaerebant, negabat a dei ipsius beneficio repetenda esse; eorum potius auctoritatem, si rationes instae et liberales sic poscerent, sine piaculo posse a nobis negligi. Fuerat in eadem sententia *Lutherus*, *Forsterus* et alii superioris seculi interpretes, licet eo nomine forte falsi, quod putarint, Iudeos studiose corrupisse verum sensum adiectis istis signis. Iam vero in-

gens bellum aduersus *Cappellum* exortum; *Ioh. Buxtorfius*, qui omne tempus et studium suum in linguam hebraicam et *Rabbinorum* libros impenderat, quasi pro aris et focis contrariam sententiam ita defendit, ut integritatem et auctoritatem facri codicis ipsam a *Cappello* in discriben adduci statueret. *Buxtorfii* in partes fere omnes secesserunt, per *Germaniam* maxime, doctores ecclesiastici et academicci: (inter Heluetios adeo sollemnis illa consensus formula sacram et sanctam esse iussit *Buxtorfii* disciplinam;) quod forte praeceps ideo accidit, quia de *scriptorum* codicum historia, et translationum indole, minus adhuc constabat, atque vindicari videretur, aduersus Romanae ecclesiae auctores, facilius S. S. auctoritas. Pauci *Cappelli* praecepta amplexi sunt; e quibus *Walton* in prolegomenis *polyglottorum londinensium*, (quorum ingenium *Pariensium* utilitatem superat,) hanc causam non mediocriter adiuvuit; e *romanis* autem doctoribus *Richard Simon* doctissimo et utilissimo opere, *historiae criticae veteris testamenti* tam apud suos quam apud nostros inuidiae atque infamiae fere multum sibi contraxit; in quod famae periculum et *Hugo Grotius* incidit, qui longe plus iudicii, quam ante eum plerique, ad interpretationem V. T. attulit. E nostris autem, *Senneretus*, *Kohlhanfius* et pauci alii, auctoritati των πολλων non sunt obsecuti. Facile autem boni omnes perspiciunt, scripturae integritatem atque auctoritatem in *vnuas* spectari, non in istis ministeriis scribendi, quae aut casui subiacent aut consilio libero.

## §. XXXI.

*Liberalia  
hoc seculo  
studia.*

Post invenustiora illa adiumenta, quae e significatu *formali*, litterarumque ipsarum figura et so-  
cietate

cietate temere a quibusdam quaerebantur, *Gusseti*<sup>i</sup> studia multis placuerunt, et *Cocceii* sagacius ingenium, cuius discipuli plerique fere ad ineptias sedulas delapsi sunt; tandem nostro hoc seculo ex *arabica* lingua post *Pocokium*, *Schultensius* praecipue subsidiorum interpretandi copiam multam reperit, plerumque bonae indolis et ad *significatio-*  
*nes* aptiores fere necessariam. Hoc hermeneuticum adiumentum ita valuit, ut *Cocceianorum* inuenusta studia tandem frigere cooperint, atque ex arabicis linguae thesauris quidam adhuc forte iusto plus congerant. Ad *editionem* vero hebraici codicis *accurationem* viam felicibus auspiciis muniuit *Kennicottus*, oxoniensis professor eruditissimus, ingenii liberalis, quo maxime ad hanc caussam opus est, et studii incredibilis; atque hoc institutum per vniuersam fere Europam, quasi nomine benigno moniti, omnes bibliothecarum antistites, reges adeo et principes, luculenter adiuuare pergunt. Iam spes est non exigua, fore, ut et *lectiones variantes* insignes redeant earum in locum, quae hic ibi Masoretharum auctoritate interpretationem facillem impediabant; et variarum opinionum iniquior quasi religio liberaliter dissoluatur, quae interpretum christianorum studia in V. T. solebat non raro adhuc circumscribere. Ceterum, si quibus haec liberiora studia, quasi religioni parum idonea, minus placeant, vt tantur et fruantur illi suo ingenio atque arbitrio; modo aliis non inuident, si suo iure vti velint; quibus etiam licet, *vel coniecturis duci*, si a difficultatibus aliter interpretatio ipsis liberari non posse videatur (§. XI.).

### §. XXXII.

Iam si argumentum atque ingenium librorum Varia est in-  
 V. T. intueamur proprius, facile patebit hoc, genti doles V. T.  
 Israe-

*Israelitearum* praecipue istos libros fuisse destinatos, et ad eorum tempora varia et varios status maxime respicere; minime autem librorum istorum cunctas partes hominibus omnium temporum idem atque aequale praestare beneficium. *Historici* enim libri, tam non sunt ex dei propria reuelatione, quod tamen solent multi non solum statuere ipsi, sed et aliis sub religionis auctoritate persuasum ire, ut potius Iudeorum (qui et diuinitatis, quam libris sacris tribuunt, gradus designant varios) Christianorumque quidam auctores satis locupletes vltro fateantur, exstitisse inter familias commentarios libros inde ab *Abrahami* tempore; atque annalium scriptores, γραμματες, publico mandato res gentis memoria dignas in litteras retulisse; ex quibus partim certum partim verosimillimum est, historicos libros, qui supersunt, hebraicos, fuisse a propheticis et ministris olim publicis sacris inde collectos. Atque historici illi libri vix aliquid continent, quod ad eam religionis indolem pertineat, quae perfectior erat atque καθολικατερα. Pauca *Exempla*, *Abrahami*, praecipue et *Iacobi*, ingenium πνευματικον prae se ferunt; quod tamen ipsum et postea ob populum rudem et pertinacem adhuc obscurius ad alios minus ἀδειας propagatum est, per prophetas maxime. Itaque *David* insignibus hymnis et carminibus spiritus illam et mentis religionem luculenter commendauit, et praeter eum poetae sacri alii; nec desunt in proverbiis, ecclesiaste, et *Iobi* libro huius generis monumenta; licet perfectior libertatis lex nondum ad omnes pateret; pleraque tamen ιδιαι. Inde prophetae illi celebiores, minus quam olim alii, obscure, de oecumenica Christi doctrina et prouincia, laeta omnia portenderunt, noui et melioris foederis ex dei auctoritate publici promissores. Atque ex his omnino fontibus, et ipsa

ipsa mosaicae religionis indole atque causa oeconomia, Iudei maxime arguendi sunt, qui inepto et vano interpretationis genere atque invenusta religione pleni, prophetas solent suum ad ingenium adhuc deprimere et corrumperem; falso creditis istis sacramentis meliorem religionem, cuius Christus auctor fuit, adhuc impedientes. Ceterum minus recte faciunt, qui in Vetus Testamentum christianaе religionis praestantiam et perfectionem, e nouo, interpretando inferunt; cum vetera a nouis differant, *gratia et veritas*, quam Mosis lex non habebat, per Christum nobis patefacta, et *mysterium*, inde a condito orbe varie occultatum, iam demum in publicam lucem prolatum sit, cui vetus vimbra obstatre iam non debet.

Similiter parum liberaliter agunt interpretes christiani, qui in *prophetis*, qui *ad istum populum eo tempore*, oracula sua ediderunt, proditisque *futurarum inter Iudeos rerum* imaginibus, eos ab auitis vitiis et domestica inertia auocatum iuerunt, adhuc hodie *historias nouas* quaerunt, earumque theatrum partim *Europae* in prouinciis atque vrbibus, partim alibi locorum temere praeparant, vbi tamen spectantium et obseruantium Iudeorum, qui commouendi et emendandi erant, deest societas ista et domesticus status. Continget haud dubie, quod Christus per Apostolos iam auspicatus est, vt ad omnes gentes transeat Euangellum regni dei, et catholica, liberalis religionis indoles; sed sine ratione agimus, si in istis prophetiis, quarum auctoritas et veritas ad tempora Christi ipsa maxime pertinet, atque ad euerisionem Iudaicae reipublicae, hoc numinis documentum, nostra quasi causa, adhuc requirimus, vt describant nostrorum temporum historias. Contaminatur hac sedulitate christianaе religionis indoles, eiusque adiumenta in impedimenta

ad



ad Iudeos conuertuntur; qui nostris his studiis in  
auita superstitione et confidentia in majorum suorum  
diuina religione, confirmantur. Ista autem alia  
irrisorum familia facile sui sue erroris sue vitii ex-  
cusationem inde reperit, quod animaduertit, hac  
interpretandi via etiam *Ouidii* et *Homeri* carmina  
nostris hodie historiis facile aptari posse.

### §. XXXIII.

**Populi re-  
ctores im-  
pedierunt  
liberalem  
religionem.**

*Prophetarum* melior disciplina parum placuit  
populi iudaici magistris et rectoribus, qui facilius  
plebem in obsequio et seruicio contineri posse statue-  
bant, mosaicae religionis strenuo exercitio, super-  
stitione, atque crassa ignorantia. Itaque iam olim  
melioris religionis praecones suppliciis publicis affe-  
cerunt, quod Christus sapientissime in memoriam  
reuoauit Matth. 23, 29 seqq. Iam diu in contrarias  
sectas seindebant statores rei publicae; *Saddu-  
cae* alii, *Pharisaei* alii, (*Esseni* enim vrbium  
turbas vitabant,) tandem et *Zelotae*, contrariique  
*Herodiani*, orti; qui studiosissime, via non vna,  
omnem religionis liberalem atque internum sensum  
et modum impediuerunt; *prophetarum* autem  
libros, quia eos omnino subducere non licebat auribus  
et oculis ciuium, falso interpretandi genere suis  
consiliis politicis aptarunt, vt imperitam multitudinem  
*potentissimi regis*, qui venturus sit, imagine  
vana consolari liceret, et animos magna spe noua-  
rum rerum suspensos atque ad opportunitatem, si  
qua contingere, paratos tenere. *Graeci* autem,  
in Aegypto praecipue, Iudei, nouo spei adiumento  
vsi, elapsi inde ab orbe condito temporis interual-  
lum dedito consilio seculis multis auxerunt, vt iam  
*mille annorum felicitas*, post sex mille annos, ex-  
ceptis paucis seculis, iam fere elapsos, non longo  
temporis spatio abesse a misera plebe crederetur;

ne

ne pigeret porro iudaicae religionis inhonestius iam iugum retinere, atque promissoribus tantae felicitatis interea rerum omnium copiam, quasi bene meritis, sufficere.

## §. XXXIV.

Igitur, ὅτε ἦλθε το πληρωμα το χριστου, Opportune Galat. 4, 4 et cum vitiorum scelerumque vis summa etiam in eo populo obtineret, quem quasi custodem <sup>mittitur</sup> <sub>Christus. 4</sub> Euangelia. naturalis religionis et promissionum de Christo, melioris foederis sponsore, deus inter alias gentes destinauerat, emisit tandem deus filium suum, religionis melioris atque non interiturae auctorem et statorem; qui doctrinae diuinioris virtute liberaret non Iudeos solum, sed et homines omnes (qui expectare iam ad meliorem dei cognitionem adiumentum nihil a Iudeis ipsis poterant,) ex ista infelici servitute et misera conditione. Eruit igitur homines εκ της ἐζεστας το σκοτει, ex infelicissima ignorantiae et impietatis tyrannide, φως αληθινον, Ioh. 1, 9, dux (loco caerimoniarum, quibus Profelyti fallebantur,) et auctor vitae et perennis salutis, quae τοις αιωνιον γεγενημενοις, contingit. Cuius et gestae vitae historia, et saluberrimae doctrinae descriptio, Euangeliū nomine olim insigniri solebat. Fuerunt autem multi olim libri, qui hoc nomine vterentur; e quibus *quatuor* omnino prae ceteris cunctis tam ratione originis et auctoritatis publicae, quam indeole atque argumenti veritate eminuerunt; cum cetera Euangelia huic illi sectae atque familiae aptata fuerint, atque cum secta simul paruo post tempore interierint.

## §. XXXV.

Huius enim magistri integerrimam et sapientissimam disciplinam felicissime imitati sunt *soli apóstoli*, Historia initiorum,

in actibus  
epistolis,  
et Apoca-  
lypsi, de-  
scripti.

*stoli*, a quibus isto iam tempore aliam in viam aliū secesserunt, minus integri nouae et melioris religio- nis doctores. *Apostolorum* vero multi aliū disci- puli prosperis successibus Christi beneficia et doctrinā ad *Iudeos*, *Hellenasque* et τα ἐθν̄ propagarunt; *historiae* illius pars in *actibus Apostolorum* describitur. Ex *Epistolis* autem *Apostolorum*, quae ad nos vsque permanus traditae sunt, non so- lūm historia christianorum primi seculi illustratur, sed etiam et multo magis vniuersae christianaē reli- gionis ingenua ratio reēte colligitur. Pars eius *historiae* etiam *propheticō* libro, *Apocalypsi Io- hannis*, describitur, vt eo tempore pingi istud ar- gumentum, vulgatis apud iudaica ingenia symbolis atque imaginibus, conueniebat.

### §. XXXVI.

Isti libri in  
presbytero-  
rum mani-  
bus cum  
aliis. Falsi  
libri.

Isti omnes libri, quibus fundamentum atque iustum exemplum christianaē religionis continetur, in manib⁹ *presbyterorum* et ministrorum ecclesia- sticorum praecipue habebantur; ceteris christianis praelegi tandem solebant per partes, atque cum *fidei regula*, (*symbolo*) et morum breui discipli- na, qua opus erat ad rudes homines, illustrari. Iam cum latius propagaretur religio, sacrorum librorum *apographa* multa procurata fuerunt, non spretis tamen scriptonibus aliis, quae aut ex graecorum Iudeorum consuetudine inter Christianos etiam vul- gabantur, aut a variis magistris suum consilium et tempus fecutis, componebantur. Fuerunt autem non rari etiam libri falsis nominib⁹ (etiam *Apo- stolorum*, Christi adeo,) insigniti, quorum quasi officina *Alexandriae* praecipue olim fuit,

### §. XXXVII.

## §. XXXVII.

Raro isti sacri libri omnes vno in corpore iam coniuncti exstabant ante Constantini M. tempora; frequentiora fuerunt apographa Euangeliorum, et Epistolarum Pauli; atque de canone N. T. (principue quod attinet ad Epistolas aliquot et Apocalypsin,) seculo adhuc quarto nondum ecclesiae omnes consentiebant, quia de historicis testimoniis nondum satis constabat. Separatae enim istae christianorum familiae, in Palaestina, Ebionitarum aut Cerinthianorum, ex partium Iudaicarum studio Pauli epistolas parum amabant; Gnostici quidam, Marcionitae, si quidem accusationibus istis fidem habemus, partim reiecerunt, partim mutilarunt Euangelia, Epistolas et Apocal. Nisi fuerit minus in ea causa improbitatis, et Marcion Epitomen Euangeliorum atque epistolarum quarundam *moralement* confecit, omissis sententiis quae ad Iudeos et legem pertinebant, quibus ipsi non opus esse inter suos videbatur, qui Iudaicis legibus atque caerimoniis dediti non erant. Similiter plerique omnes Gnostici historiam vitae a Iesu inter Iudeos gestae videntur minus frugiferam existimasse, et πνευματι inter suos propagando, nimium studuisse. Alii Euangelium Iohannis non admittebant; alii ab Apocalypsi, quae ingenium Iudaicum referret, abhorrebat.

De libris  
N. T. variae  
olim sen-  
tentiae.

## §. XXXVIII.

Sacrorum librorum textus graecus, nobis superest in codicibus partim *manuscriptis*, partim excusis; manuscripti libri, et si vix tales habemus, qui ultra mille annos aestimandi sint, non parum tamen eorum comparatio confert ad *textus*, ut litteris mandari et prodi solebat, *historiam*; quae

Vnde histo-  
ria scripti  
textus pe-  
tenda.

C

longe

longe adhuc melius patet atque illustratur, si *vetus-*  
*stiae versiones*, et scriptorum ecclesiasticorum *allega-*  
*tiones* eam in rem adhibeantur. Scimus igitur  
*libros sacros* olim graeco *literarum compendiis*  
*descriptos fuisse*; *sine diuisione* ista capitum, ver-  
*sum et vocum*, quae hodie obtinet. *Euangelia*  
*inde a seculo quarto finiente per statas sectiones,*  
*αναγνωσματα*, publice legebantur, saepe etiam  
*praelegentium bono νομιματων* fuerunt scripta.  
*Serius ceterorum librorum lectio*, stata per tempo-  
*ra, obtinuit.*

### §. XXXIX.

*Variae le-*  
*ciones in-*  
*de ortae.* Antiquissimae sunt his in libris *variae lectio-*  
*nies*, seu diuersitates in scribendo; quae partim ex  
*destinato consilio*, partim ex negligentia scribentium  
*ortae* sunt. Antiquitus iam scribendi ratio, a pres-  
*byteris quibusdam*, ut videtur, *graeca constructio*,  
*aut orthographia mutata* fuit non raro, interpo-  
*lata etiam paruis additamentis*; ab aliis etiam *sensus*  
*immutari coepit*, quibus aliquid non sine offend-  
*itione ita porro legi posse videbatur. Itaque duas*  
*quasi in classes abeunt codices scripti*, *versiones et*  
*allegationes*; et *duplicem recensionem* graecam  
*olim diuersis in prouinciis obtinuisse*, dici commo-  
*de possit*; *altera fuerit Alexandrina, Palaestinen-*  
*sis, Origenis*, et eius discipulorum, quae in *vetus-*  
*stori latina*, in *copta*, *aethiop. armena* et *versione*  
*Syra posteriori* fere locum habet; *altera* fuit in  
*prouinciis* sub orientem solem visitatior, *Luciani*  
*nomine insignire* eam licuerit. Iam *utraque* in ple-  
*risque codicibus* graecis et excusis non sine inter-  
*pretandi impedimento mixta est.*

### §. XL.

## §. XL.

Dederunt olim rei sacrae ministri omnem operam vt apographa bona atque fida nanciscerentur, *quod ad argumentum attinet*, ne e falsis Euangeliiis quaedam malo admista essent; a glossis autem atque additionibus *hermeneuticis* minus abstinere solebant, qui e presbyterorum scholis exierant. Per posteriora autem secula infelices tenebrae hanc caussam obruerunt, vt commista fuerint diuersarum prouinciarum exempla; quae tamen vestigia satis luculenta produnt eius diuersitatis, quae olim locum habuit. Tandem post *Vallae* mediocria rudimenta, *Erasmus* seculo XVI facem praetulit, procuratis graecis editionibus N. T. Eum et *complutensem Rob. Stephanus* melioribus adhuc subsidiis instructus, exceptit, hunc *Beza*; atque post tristius aliquod interuallum, quod e nostris *Sauberti* et paucissimorum aliorum conatus protulit, R. *Simon* hanc prouinciam eximio opere historiae criticae N. T. illustravit; tandem post meliora editionis *oxoniensis* N. T. auspicia, *Ioh. Millius* haud paulo perfectius opus N. T. edidit; inde praeter minora quorundam studia, *Bengelius* et praecipue *Wetstenius* hanc caussam eximie exornarunt. *Wetstenius* scriptorum codicum plurima auxilia coegit; atque iam opportunum locum fecit felicioribus, quibus adhuc opus est, ad accuratam graecam editionem ministeriis. Ceterum pleraque editiones in minori forma, sequuntur *complutensem*, *Erasmianas*, *Stephani* et *Bezae* varias editiones, sine iusta auctoritate.

Editionum  
graecarum  
historia.

## §. XLI.

Constat autem haec critica N. T. disciplina Nulla editio N. T.  
plurimis observationibus et regulis liberalibus, vt adhuc est  
solent ad auctorum vetustorum aliorum correctas fatis fida.

editiones adhiberi, quarum beneficio *excusi textus* superstiosus atque inuenustus honor inter nos recte minuitur, et ad faciliorem interpretandi modum via sternitur. Caremus enim adhuc ingenua et fida N.T. græca *editione*, a qua absint variorum librariorum et interpretantium sedula ministeria. Nec manuscriptorum et versionum ingenium satis adhuc obseruatum est; itaque nec vtimur iusta ea liberitate, quae olim inter Christianos interpretes obtinuit, cum parum liberalibus opinionibus de vulgati inter nos textus θεοπνευστα obsequamur, quibus etiam minus vera interpretatio et parum vtilis theologia sedulitas et πνευματεια parum constans, adhuc promoueri fere solet.

### §. XLII.

Duplex  
olim inter-  
pretandi  
genus.

Quod ad *historiam interpretationis* seu *hermeneuticae* consuetudinis attinet, primi doctores haud dubie fuerunt optimi religionis christiana, adhuc sine librorum sacrorum ministerio, interpretes; vbi primum exsisterunt hi libri, erant iam qui *allegoricum* interpretandi genus ad eos maxime secuti sunt, quibus *historica narratio* de rebus Iesu Christi inter Iudeos in Palæstina, loco et tempore alio, gestis, parum profutura videbatur. Atque negari non potest, fuisse fere docendi atque interpretandi duplex genus; *historicum*, quo ad plebem maxime vtebantur; θριον et πνευματιον, quod apud eos solebat adhiberi, qui ingenii facultate non nihil ipsi pollere videbantur. Hoc πνευματιον illi omnes maxime amplexi sunt, qui *Gnosticorum* nomine distinguntur; hi historiam Christi libris istis descriptam, quasi picturæ loco habebant, et rerum meliorum, inuisibilium, largam copiam narratis istis in mundo corporeo factis designari statuebant; σαρκιοις, ψυ-

χικοις

*Xicois* et rudibus hominibus, a quibus πνευμα ab-  
esse, historicum ministerium deputantes. Altera  
et maior pars vtrumque interpretandi genus fere  
coniunxit; vt rūdioribus *fidei regulam* breuem,  
historiam Christi et capitum spei et fiduciae potio-  
rum summatim complexam, traderent; perfectiori-  
bus autem ingenii ad res traditas adhibendi faculta-  
tem permitterent, quare et e Graecis scriptoribus,  
philosophis et poetis, *consensum cum doctrina*  
*Christiana* studiosissime efficere solebant; quo in  
loco *Alexandrini* eminent, et *Origenis* discipuli,  
qui *Pythagorae, Socratis, Platonis*, imo *Stoico-*  
*rum* etiam aliqui, praeceptiones, diligenter adhibent,  
et a describendis ēvocātis, quae solae sint verae et  
salubres, abstinent; contenti, mentem discipulorum  
et vitae olim in vitiis gestae rationem omnino iam  
immutari atque ad virtutem christianam componi.

## §. XLIII.

Pauci nobis supersunt e prioribus seculis *histo-*  
*rici* et *litteralis* generis interpretes; viles tamen  
multae interpretationes colligi possunt ex *Tertul-*  
*liani* quibusdam libris, atque ex *Irenaeo*; plures  
huius generis scriptiones sive temporum iniuria sive  
posteriorum inueniunt consilio amissae fuerunt, vt  
quasi minus consentientes cum hac illa molestiori  
doctrinae forma, quae post *Arii*, *Nestoriique* et  
*Eutychis*, caussam publice imperari solebat. Nec  
e familiis *Gnosticorum* ἐγνωτικαι scriptiones ad  
nos venerunt; quos tamen parum est verosimile,  
tam barbaris et foedis omnes usos fuisse institutis,  
ac describi solent ab auctoribus *catholicis*. Vel  
ipsae *civitatis legis* Mosis et doctrinae christianaes,  
quibus eos operam praecipue dedisse, et longe per-  
fectiorem Christi disciplinam Mōsi opposuisse, sci-  
mus, inde fere a seculo primo, *1 Tim. 6, 20*,

De vetustis-  
ribus inter-  
preteribus  
SS. N. T.

quas etiam *Tertullianus* aduersus *Marcionem* targit: ostendunt, eos ingenium christianaæ religionis ab ista iudaica seruili et iciuna indole diligenter distinxisse; licet videantur et illud statuisse, multa a Christo atque ab Apostolis dicta fuisse atque repetita, quae rudioribus istis auditoribus et lectoribus isto tempore et loco conuenirent, minime autem a perfectionibus huius religionis amatoribus amplius tenenda atque obseruanda sint. Neque vero est insicendum, modo priuati consilii absit malignitas, regulæ quasi vim multis in locis hoc habere, atque a iusto elementorum religionis nostræ interprete non posse omnino negligi. Qui *Montani* scholam seculi sunt, ad quam etiam *Tertullianus* tandem accessit, similiter ceteris interpretibus diligentius ingenio et spiritui perfectiori studuerunt; longe plus per *Paracletum*, quem Christus suis amatoribus promiserit, sibi suo tempore adhuc prodi statuentes, quam istis in libris tum potuerit comprehendendi. *Hæc a temeritate et vanitate recte cauerant*, videntur non omnino ab eo aberrasse, quod sit verum et iustum. Crescere enim oportet Christianorum γνῶσιν, et studia atque exercitia.

## §. XLIV.

E catholice  
eminent  
Alexandri-  
ni. Orige-  
nes.

Ex satis magno illorum numero, qui, *catholice* siue *amplioris ecclesiae ministri, exegetieis scrip-*  
*tis* olim studia christiana adiutum inerunt, satis pauci hodie supersunt. Eminuerunt inter eos *Alexandrinus* siue doctores siue illorum discipuli; *Cle-*  
*mens*, *alex. Origenes*, et qui ex huius schola seculo quarto adhuc viuebant; ex quorum scriptis dubium non est utlissime multa etiam a nobis posse ad hermeneuticam caussam colligi, quia *Alexan-*  
*driae* eius graecæ linguae consuetudo, qua libri sa-  
cri christianorum conscripti sunt, facilius et longius  
obtinuit,

obtinuit, quam tot *apocryphorum*, (sive studiosius *occultatorum*) librorum multitudo, qui inter Alexandrinos Iudeos et Christianos solebant diligenter legi, non parum illustrare poterat. Vtitur autem *Origenes* et eius discipuli, non solum *græca recensione alia*, (§. 39.), quam alii in prouinciis orientalibus obtinuit, sed etiam satis liberali interpretandi genere, ut lectores ad usum atque exercitium ingenii et mentis, quasi manu ducantur, ne historiae sic erectiores christiani adhaereant, sicut olim suis historiis *Iudaei*, sine liberali mentis consuetudine et emendatione. Hoc qui non viderant, temere *Origenem* reprehendere ausi sunt atque abiicere, quasi *mysticarum et allegoricorum* ineptiarum patronum praecipitem. Sed illorum ratio temporum et cultiorum ingeniiorum consuetudo non patiebatur fercem aut imperitum emersurae religionis statorem; nec eorum, qui tempore post istos secuti sunt, studia atque ministeria explicando christiana religionis ingenio felicius profuerunt.

## §. XLV.

Successit igitur interpretandi genus aliud, minus antea usitatum (§. 42.), quod *dogmatum* appellare licet, postquam legibus et mandatis publicis superstitionis ethnicae seminaria atque adiumenta amoueri et prohiberi cooperant, atque auctoritas philosophicarum scholarum sensim corruerat; quarum vitia atque illempida artifacia iam in ecclesiistarum cathedras cere transferunt. Ut enim inter philosophos antea partium aduersa studia locum habebant, litesque perpetuae et inuidia atque pertinacia, et mores incompositi, (*Lucianus* satis bene descripsit in *Hermotimo*, ή περι αἰγεστῶν): sic et inter christianos *Episcopi*, auctoritate in alios stabili et magna onusti magis quam ornati, libertatem ingenii atque animi,

Interpre-  
tandi genus  
dogmati-  
cum.

qua vt̄ antea solebant in docendo et scribendo presbyteri, circumscribere incipiunt, atque imperitare, vt nemo sententiam aliquam *dogmaticam* ex suo intelligendi modo atque exereitio amplius describat, sed eam intelligendi rationem vnicē praeferat, quam hi illi episcopi praeferendam duxerint. Fuerat antea libera christiana disciplina, nec deerant vtramque in partem arbitri, qui, si quid a vero abhorre rere iudicarent, istum errorem notarent, et quos poterant, ab eo amplectendo auocarent; si quis autem praeceptionibus his obsequi nollet, quia rationem iustam inesse non videret: ab ista societate ecclesiastica hic seiungebatur; ceterum ciuilis vitae iuribus et beneficiis vt̄ et frui non prohibitus, si in homines et societatem nihil flagitii aut mali admitteret. Nec reperimus Apostolos aut eorum successores Imperatorum Romanorum, aut praesidum in prouinciis et vrribus, comparasse auxilia et ciuilem magistratum inuitasse, vt vi atque imperio dissidentes a se *discederent*, et de rebus *controversis* aduersas *envoias* compescerent, auctores exilio et bonorum suorum damno afficerent. Seculo autem quarto iam pestifera inueniunt ingenii rudimenta spectantur, a partibus *Arianorum* non minus quam *catholiconrum* ita edita, vt liberalis christiana religionis indoles vtrimeque corrumpi cooperit. Iam in cunctis fere sacrorum librorum locis et sententiis praesidia quaesita, tam ad ὁμοστιαυτες λογις etc. confirmandam, quam ad refutandam istam *envoiay*. Atque catholiconrum saepe hic studia fere ineptiora sunt, et ab hermeneutica confuetudine aliena, qui sententiis et phrasibus, sine cauſa et ratione, pertinaciter abutuntur; *Ariani* autem proprius quidem ab interpretandi legibus abeunt, et minus imperite sententias explicant, sed in eo et ipsi reprehendendi, quod Iudaicis quibusdam de Christo *envoiay* inhaerent, et argu-

argumentandi exercitium ita paeferunt, vt alios suo ingenio et scripturae, quam aliter sentire sibi videntur, phrasē, inniti non patientur. Vtrumque olim eo consilio duebantur, vt eo facilius e gentibus amatores religionis aut partium certe suarum colligerent.

## §. XLVI.

Auxit *dogmatica* interpretatio paulo post exortis nouis inter *Catholicos* litibus, de duabus Christi naturis post ἐνταχνωτον τελον. Alia fuit hic *Nestorii* ἐννοια, qui ab *Arianorum* de Christo, (λόγον loco animae rationalis Christo addebant,) disciplina ita secessit, vt *Cyrillo* alexandrino et aliis ecclesiasticae auctoritatis statutoribus *duos filios*, duos dominos, fingere et naturarum coniunctionem iusto minorem docere videretur; atque inde statim noua causa dissidii ab *Eutychie* et aliis *Nestorii* vehementioribus aduersariis suppeditata fuit, qui iusto articularem coniunctarum in Christo naturarum rationem sequi dicebantur. Sub eadem tempora *Pelagiana* controversia a doctoribus quibusdam *latinis*, non sine inuidia in *Pelagium* et *Caelestium*, eruditiores atque integerrimae vitae monachos, mota fuit, inde *Augustinus de gratia*, *de praedestinatione*, *de natura* et arbitrio hominis, et *de peccato originali* nouam fere disciplinam reperit; *Monophysitae* autem et ipsi in diuersas familias diuisi fuerunt. Itaque factum est, vt inde a fine seculi quarti atque quinti initio, fere omnes sacrorum librorum sententiae ad has lites dogmaticas *Arianas*, *Nestorianas*, *Eutychianas* et *Pelagianas* traherentur; quod, licet multorum scriptorum ministerium, ad veram et genuinam sacrorum librorum interpretationem et salvabrem consuetudinem, adiumenti minus quam impedimenti attulit. Tandem publica fere

Credit ista  
dogmatica  
interpretatio et me-  
lior oppre-  
sa.

*Origenis*, sub *Iustiniano* infamia, quiequid perfuit vtilium subsidiorum ad liberalem scripturae interpretationem, tantum non omnino oppressit; in monasteriis autem, quae ab initio huius instituti ingenuam libertatem incolis spondebant, falsa atque fucata sanctitas et improba ἀσκησις ambitio ita valuit, vt sacrorum librorum vera indoles et religiosis optima paecepta, noua superstitione et inuenitis artificiis studiosissime corrumperentur.

### §. XLVII.

Versiones  
latinae N.  
T.

Redeundum iam nobis est ad primordia christiana religionis, quae ad nationes graeca lingua non vtentes iam transierat, vt *hermeneuticae rei historiam* copiosius recensemus. Adhibenda enim iam erat ea lingua, quae hac illa in prouincia erat quam graeca vulgatior; itaque in *Italia* et *Africa*, seculo iam secundo, *latino sermone* christiana religio disseminata fuit; et, quia ministri sacri melius atque aptius iam eligebantur ex ipsa hac gente, eorumque et adiutores noui et successores numero iam non pauci instituendi erant: opus erat, vt latini hi homines *latina lingua translatos* haberent eos sacros libros, quibus religionis summa et genuina documenta continebantur. Igitur et N. T. *libri*, cum variis apocryphis, quibus multum adhuc auctoritatis tribuebatur, et V. T. e graeca versione, additis similiter variis apocryphis, *latine translati fuerunt*, seculo secundo post Christum; antiquior ceteris haec translatio, sua etiam indole, quae graecam phrasim maxime sequitur, *itala* postea dici solet. Nec defuerunt aliarum latinarum translationum auctores, minori tamen in honore habitarum; tandem *Hieronymus* Euangeliorum latinam versionem ad graecos, quos habuit, libros emendauit; simile fere beneficium ad ceteros etiam sacros libros accessit; ita tam

men

men omnia inter se commista fuerunt, variis sive  
scribarum sive interpretum studiis, vt nec illa *anti-*  
*quior* satis integra superfit, nec illam, quam *Hie-*  
*ronymus* emendare coepit, varie interpolare scri-  
bae desierint. Ita caussa igitur bifariam a nobis ho-  
die est diuidenda; partim vt ad *rem criticam* e la-  
tinis translationibus vetustis congeramus adiumenta,  
quibus graeci textus historia atque varia facies recte  
illustretur; partim, vt ad *hermeneuticum ministerium*  
prudenter respiciamus, atque abstineamus ab  
iis locis dogmaticis, quae ex translatione latina *pro-*  
*istorum temporum atque hominum modulo* deri-  
uata sunt, inde a seculi quinti initii iusto studiosius,  
*Augustini* praesertim, qui *graeca lingua* et eius  
indole vti plane non poterat, praecipiti sedulitate  
tractari solita; quibus fere omnis, quae latinis ma-  
xime in ecclesiis sensim exorta est peruersitas et re-  
ligionis liberalioris oppresio, feliciter niti per ea  
tempora potuit, quae nec graecae linguæ usum nec  
ingenii liberaliter culti ministerium, ob perpetua fere  
bella secum ferebant; sed imperio atque auctoritate  
publica docendi, loquendi, et agendi modum stabi-  
lem et firmum praescribabant.

Similis sterilitas loco liberalium diuinarum per  
alias prouincias obtinuit, cum *conciliorum* folle-  
mnis auctoritas male interpretandi exempla praeiret,  
et intelligendae scripturae modum atque exercendae  
religionis externa multa adiumenta desiniret, vt pe-  
ricerit fere moralium rerum ingenua disciplina, at-  
que libri sacri stabiliendis confirmandisque nouis in-  
stitutis, regulis atque legibus tantum aptarentur,  
quibus externa christianorum societas, commista  
cum politica administratione, promoueretur. In  
*monasteriis* atque *eremis* religionis quedam inte-  
rior consuetudo locum reperisse videbatur; sed bre-  
ui tempore et ibi corruptio ex superstitione, igno-  
rantia

rantia atque ambitione, accessit; licet *lectio* et *meditatio* scripturae his in locis minus defuerit.

### §. XLVIII.

Syriacae  
translatio-  
nes.

Antiquitate ceteris, post latinam, praestare videtur *Syriaca* translatio illa, quae typis excusa prostat; quae non vnius est temporis atque auctoris, licet cetera illius historia nobis aequæ ac aliarum iam fere omnino ignota sit. Adiunat autem non parum et *criticam* prouinciam et *hermeneuticam*; vt in historia textus graeci illustranda multum ex ea colligendum sit; in *interpretatione* autem similem utilitatem adferat, ac latina antiquior, a qua *dogmatica* molestior copia et consuetudo adhuc abest. Distinguenda autem ab hac translatione est ista altera, *iunior*, seu posterior, quae *Iacobitarum* studiis forte debetur, atque seculo VII ineunte cum graecis quibusdam libris *Alexandriae* collata est; cuius recensionis non pauca illustria documenta in lucem protulit primus *Wetstenius*. Longe autem plus utilitatis adhuc ex ea exspectandum est, præcipue quod ad *criticam caussam* attinet; siquidem ista collatio est ex graecis codicibus *alexandrinis*, qui recensionem textus graeci produnt, illi, quae est in codice D seu *Bezae*, non dissimilem, et C. L. 1. 13 etc. non parum diuersam ab ea, quae plerisque in codicibus graecis inde a seculo quinto obtinere solet. Inter *Syros* interpres, praeter *Ephraemi* opera, pauci nobis noti sunt, ex *Assemani* bibliotheca orientali.

### §. XLIX.

Copta,  
aethiopica;  
armena;  
arabicae.

*Copta* et *aethiopica* translationes videntur tempore non multum a se seiuinctæ esse; historiacæ textus criticae præcipue utiles, quod beneficium etiam ab *armena* exspectari potest, quae ex recensione

fione graeca non dissimili confecta est; conueniunt tres translationes saepe cum codicibus *Wetstenii* L. C. D. 1. 13. et quibusdam aliis, qui vetustioris rectionis, ut recepta fuit in ecclesiis Aegypti, atque sub occidente sole, seruant luculenta multa vestigia. *Arabicae* translationes, quae quidem ex graecis libris deriuatae sunt, non parum adiumenti eadem in causa praestant, ut de historia textus eo certius nobis constet. E *persicis* longe minus, etsi non omnino nihil, utilitatis colligatur.

### §. L.

Ex aliis orbis partibus, sub occidentem solem *ſtis*, ceteris multum praestat *gothica* translatio, ex *anglosaxo-nica*.  
qua autem tantum Euangeliorum libri, nec hi amplius integri, et nuper fragmentum ex epistola ad *Romanos*, lucem adhuc viderunt. Adiuuat et haec criticam prouinciam; cuius generis non raro etiam est *Anglo Saxonica*; ceterae ob temporis malignitatem hac indole et auctoritate carent, cum sint ex *vulgata latīna*, atque vel ad eius historiam vix fere aliquid conferant; e. g. *Otfredi Euangelia &c.*

### §. LI.

Praeter multa *ministeria critica*, quae ex *scriptorum ecclesiasticorum*, qui supersunt, monumentis adhiberi possunt, ad *interpretandi* prouinciam graeci commentatores et *catenarum* collatores, longe maiori iure, quam plerique latini, pertinent; e latinis tamen, *Hilarium*, episc. et alterum, *diaconum*, *Pelagium* et *Hieronymum*, legisse, saepe operae pretium est; nec *Beda* omnino negligendus fuerit. Ceteri autem plus diligentiae in colligendo ex superioribus, quam studii et iudicij adhibere solent, vsque ad sec. XVI, quo

emem-

Inter vetu-  
ſtos quidam  
boni inter-  
pretes.

*emendatio religionis christiana fieri, atque illiberalē obsequium et dura seruitus excuti coepit.* Exstiterunt tamen et hic ibi iam antea non pauci, quos *testes veritatis* dicere solent, qui ingenium christianismi ex sacris libris latine lectis, longe quam ceteri melius, cognoverunt, satis liberales religionis verae interpretes atque fautores; quorum in recte sentiendo atque agendo libertatem atque ingenium exemplum nos etiam imitari nostro tempore conuenit, licet in aliis eruditionis partibus iis simus superiores.

### §. LII.

Meliora in-  
terpretandi  
adiumen-  
ta sec. XVI.

Redierat seculo iam XV aliquis ad nostros homines *graecae linguae* usus, per exiles Graecos, qui *Othmannicum* imperium pati nolebant; atque inde sec. XVI publica et priuata in graecam linguam studia prospere crescebant, cum et multi alii graeci scriptores et *sacri* etiam *libri* typis excusi publice exstarent. *Prima*, quae in manus hominum venerit, (*complutensis* enim usque post annum 1522 premebatur,) N. T. editio *Erasmo* debetur (§. 40.), qui et annotationes simul edidit, longe quam *Laurentius Valla*, utiliores; idem, nouam *versionem latinam*, et *latinas paraphrases* conscripsit. In istis non solum annotationibus, sed etiam aliis libellis scholasticorum docendi genus et auctoritatem, a simili in patres studio collectam, prudentissime fregit, monachorum autem barbariem atque improbitatem fortissime impugnauit. Iam corruebant superstitionis et seruitutis ea fulra, quae ex *latina* bibliorum translatione, per infestas temporum tenebras, a callidis aut stupidis hominibus constructa fuerant; *Lutheri* praecipue, *Melanchthonis*, *Heliuetiorumque* quorumdam felici opera, qui quasi ex composito ad meliorem interpretationem sacrorum librorum

librorum et castiorē doctrinā studiū integerri-  
mū attulerunt, et falsarū opinionū terricula-  
menta, erroresque longo iam tempore fatis crassos,  
fortiter amoliri sustinebant. Iusto tamen arctius  
*Lutherus Augustino* adhaesit, *Hieronymum* ali-  
osque grammaticos interpres, fere publice adspers-  
natus. Ceterum nec *fanatici* defuerunt homines,  
qui his interpretandi studiis abieciis, ex domesticō  
hominis thesauro, libros sacros salubri sensu exorna-  
re ausi sunt; quos inter *Anabaptistarum* imperita  
et vehemens multitudo consilii foeditate *Schwenck-  
feldium* eiusque minus malos amatores, longe post  
se reliquit.

### §. LIII.

Sec. hoc XVI tamen non multo melius fuit  
hermeneuticae facultatis exercitium, quod ad libros graecos N. T. attinet, quam fuit, si respicimus ad hebraicos V. T. (§. 29.) Transferat ad plerosque interpreter, si *Melanchthonem*, *Camerarium*, *Strigelium*, *Chytraeum*, cum paucis similibus exceperimus, πολεμικον πνευμα, ita ut libri et scriptiones pleraeque aduersus *Interimistas*, s. *Adiaphoristas*, *Osiandrum* et alios destinarentur etiam e nostris coetibus; feruerent autem porro animi, non raro iusto plus, aduersus *Reformatos*, seu *Bezae*, *Caluinique* discipulos, et palatinos theologos. Praecipue *Flacianorum* intemperies multos diu fefellit, atque longe plures eius caussae ingenium, quae ad *Cryptocaluinistas* pertinuisse dicitur. Inde inuenustiora illorum studia successerunt, qui *Lutheri* inter scholas atque ecclesias arctiore concordiam ferocius vehementiusque promotum iuerunt; qua rei malignitate id accidit, ut et a se ipsis quaedam harum ecclesiarum longius seiungerentur, et a *Reformatis*, quasi a pestiferis hostibus animi sollemniter auerterentur. His in tur-

Impedi-  
menta me-  
liorum suc-  
cessuum sec.  
XVI.

bis



bis et negotiis perpetuis polemicis hermeneutica facultas, qua tamen vtraque ecclesia romanam iam superabat, laetius porro succrescere minime potuit; cum et doctorum auctoritate, et conuiciis publicis, et principum hic ibile gibis, loco adiumentorum libertatis christiana, hominibus eruditis et bonis ingenii publica et priuata impedimenta multa opposita fuerint. Nec absuit hoc vitium a Reformatorum sacra republica, qui simile institutum, *dordraceno concilio*, prosequuti sunt; inde non pauci, illiberalis seruitutis, cuius et alibi iam instar exstabat, pertaes, a publicis sacrorum coetibus se omnino abstinere, et christianam omnem religionem opugnare aliqui coeperunt, cum vitia, quae accele-  
rant, tantum abiicienda essent. *Sociniani* iam quidam arctius interpretandi genus instituerunt.

### §. LIV.

*Varia stu-  
dia sec.  
XVII.*

Nec superius seculum ad interpretandi melior-rem disciplinam multum attulit beneficii, licet nec ei defuerint *hermeneuticae institutiones*, quemadmodum iam superiori seculo *Flacius* et imperito-  
res quidam adhuc alii, rudimenta aut exempla regu-  
larum ex patribus collegerant. Consumebantur ad-  
huc studia fere omnia sacrī in bellis gerendis; praefertim cum inde a fine seculi XVI *Socinianorum* religionis familia noua prodiisset, strictioris SS. explicationis haud paulo, quam aliarum partium plerique doctores, studiosior. Aduersus hanc lon-  
go ordine scriptiones fere perpetuae edi caeptae, interpretandi in genere minus fere felices, quam ipsa caussa, quam defendebant. Inde *Philosophiae*, quam inde a *Flacio*, etiam hoc seculo similes eius di-  
scipuli, publice *Iacobum Martini* et alios agressi, abiiciebant, habitus melius immutatus fuit; quae res ad diligentiorem interpretationem non nihil con-  
tulit

tulit. *Arminianorum* autem libertas p̄ae ceteris cunctis christianis partibus sic eminuit, vt *Grotii* maxime auctoritate, et erectiorum ingeniorum diligentibus ministeriis, tandem humilior ille locus *homileticus* et *dogmaticus*, in quo hermeneutica opera fere omnis exercebatur, ab eruditioribus quibusdam, et nostris, *Calixto* &c. et Anglis quibusdam, et Gallis, a R. *Simonio*, &c. desereretur; licet *Iansenistae* inter *Romanos*, et *Cocceiani*, inter *Batauos* atque *Germanos*, porro των πολλων ingenia, ista practicae utilitatis, et mysteriorum specie, fere impleuerint. Nec inficiandum est, variis ingenii varia etiam studia hic libera esse; modo absit, vt decet, vtrimeque calumnia atque inuidia. Ceterum ex isto tempore *Glaessii*, *Franzii*, *Geieri*, *Dorschel*, *Danhaueri*, et quorundam aliorum e nostris, laudibus et meritis in rem hermeneuticam, nihil detrahendum est.

## §. LV.

Nostrum hoc seculum, praeter meliora critica subsidia, de *silio N. T.* iam superiori sec. ortam parum venustam controuersiam ita suscepit, vt ingentibus studiis, ex profanorum scriptorum libris, graecarum phrasium farragines parum frugiferae congestae fuerint; successit et hermeneutarum regularum quasi sistema, minus tamen ei caussae utille, quam *Hellenismi* liberalior investigatio, ex graeca των LXX translatione, apocryphis, et N. T. iusta consuetudine. Manuscriptorum autem copiosior iam collatio, oppressit vanum εμφασεων amorem, atque etymologiae venationem incertam, fidemque illam quasi caecam excusorum librorum, ad quos θεοπνευσις illa vera caussa, quae olim locum habuit, non porrigitur. Iam supereft hoc, vt harum rerum liberalibus studiis atque exercitiis dent if

Nostris seculi.

D

omnes



omnes ipsi pro suo modo, liberam operam, quos  
prae aliis intelligere atque interpretari SS. oportet;  
vt hac via, egressi ex cancellis, quos superiorum  
temporum facies et paupertas, aut molestia sedulitas,  
aut inuidiae improbitas repererat, ipsam indolem et  
caussam doctrinae christianaee intelligent, quam alii,  
melius; eamque, seiunetis minus utilibus ad hanc  
rem decretis, ita nostrae aetati commendent, vti  
facere conuenit sapientem dei et veritatis hoc tem-  
pore inter homines oeconomum.

### §. LVI.

*Interpretis  
prouincia.*

Non commiscenda igitur est hermeneutica fa-  
cultas, quae ad SS. libros, ex temporis illius *angeli Beatae*  
interpretandos, adfertur, cum doctoris et ministri re-  
ligionis, suo cuiusque tempori conuenienti, et libera-  
liori prouincia. Requirendae sunt *evocac*e** et sen-  
tentiae, quae Mosis, prophetarum, Christi atque  
Apostolorum tempore, locum habebant; sed non  
augendae atque infueandae sunt ab interprete ex  
nostris diuitiis. Conueniunt enim istorum tempo-  
rum hominibus, eorum loco, exercitiis, studiis,  
et, vt hoc nomine vtar, ipsis veris circumstantiis; at-  
que longe minus, quam a posteris aliis, atque a no-  
bis hodie, tum extendeantur. Observandae sunt  
in ipsis libris sententiae, quae deo auctore *iam pri-*  
*mum* intelliguntur, creduntur, adhibentur, vti ei  
tempori conuenit. Reperiemus hic discrimen simile  
et aptum ei temporum locorumque et studiorum in-  
tervallo, quod nos ipsis ab ipsis hominibus seiungit.  
Eadem imagines rerum iucundarum hominibus at-  
que amatarum, transferuntur ad describenda, tan-  
tisper, *imma* atque *vonta*, quorum rario tamen est  
Mosis adhuc tempore mentio; frequentior iam in  
Psalmis et prophetis; longe autem frequentissime  
Christus atque Apostoli iam de *vontos*, et de muta-  
tione

tionibus a *Spiritu* profectis, praecipiunt: sed et hi non aliter, quam *ipsa* hominum *lingua*, parum adhuc his *γραμματι* adaptata, illo tempore ferebat. Viguit autem inter antiquiores iudaici populi parentes quaedam quasi *symbolica* de variis rebus, quae sensus fugiunt, descriptio, picturae similis rudiori, μυθολογιαν dicere liceret, cuius supersunt hic ibi sacris in libris quaedam vestigia: de mortuorum quasi republica et societate, de morte, tyranno et domino, de torrentibus aut laqueis mortis, quibus homines abripiantur; de paradiſo, seu horto amoeno &c. qualia in *carminibus* adhuc non raro occurunt, ingenium vetustissimorum orientis incolarum, et παραδοσιν antiquissimam, non vero originem diuinam, reuelationem, redolentia. Longe plura eius generis Iudaei graeci adiecerunt, quaedam ex vſu των ἑργῶν admissa, et praincipue de spirituum et angelorum bonorum, malorumque rebus olim gestis, libros sacros copiosius interpretando implent, atque inde praesentia hariolantur vtrorumque ministeria. Quae quidem omnia non sunt vnius generis; partim enim ratione non carent; partim aut vſum et consuetudinem ingenii iudaici, aut vulgatas et per manus traditas opiniones produnt; nec abstinere iis loquendi et describendi modis potuerunt sacri auctores, aliter *verae historiae* leges violassent, quam perfectior et quaedam metaphysica cognitio, quae aliis hominibus aliorum locorum et temporum conuenit, contaminare non debuit. Itaque et Christus et Apostoli, quia cum eius temporis hominibus res fuit, hac ratione loquuntur, qua homines illi solebant. Sedere in XII tribunalibus, accumbere cum *Abrahamo*, in *Paradisum* ingredi; δαιμονιζομενοι, ita sanantur, vti exspectabant, qui intererant rei; atque, vt breuissime dicatur, ἐλασσες αὐτοις τοι λογον, (λογος hic idem est ac institutio

de meliori deum colendi ratione,) καθως ἴδυντο  
ἄνθεν, non sicut rei perfectio atque ἀληθεία per  
omne tempus postulabat, Marci 4, 33. Etiam  
discipulis parcendum erat, qui ferre eum doctorem  
πνευματικούς nondum poterant. Sic et Apo-  
stoli ipsi admonent, & πάντων ἡ γνώσις, alia aliter  
σκέψεις, et ἀδείεις docent, σογχεῖον tenaces, alia  
τέσσερες et πνευματικοί. (§. 7. p. 5.). Qui-  
dam de noua παρεγραφῃ Christi, et de felicitate vitae,  
vanam spem firmiter tenebant, &c. Minus igitur  
recte faciunt, qui omnes sententias, et omnes  
λόγοις, ita interpretando tractant, ac si auctores et  
scriptores illa non praecipue iis auditoribus et  
lectoribus isto tempore destinassent, sed omnium  
temporum lectoribus similiter de his rebus statuen-  
dum et loquendum esse praeceperint.

### §. LVII.

*Epistolae apostolorum ad plebem.* Videtur autem et illud in *Epistolarum inter-  
pretatione* obseruandum esse: has omnes epistolae  
praecipue iis destinatas esse, qui religionis et socie-  
tatis christianaee aliquod ministerium isto tempore  
suscepereant, presbyterorum, ad quos docendi et  
praeciendi munus pertinebat, diaconorumque no-  
mine distinguimus; utriusque generis seruitia etiam  
ex altero sexu tum non deerant. Igitur in Epistolis fere  
iam occupatur (non vero proditur atque describitur)  
*πίσις*, sive cognitio christianaee doctrinae, et tran-  
fusus ad sacra christiana; atque praecipue ea praeci-  
piuntur, quae ad *mores Christianorum*, illorum  
temporum, ταῦ ιδίαι, pertinent. Insunt tamen ple-  
risque confirmations atque demonstrationes quae-  
dam, maxime aduersus *iudaicas dubitationes*, aut  
pestiferas *enviosas*, quae tum varie locum habebant;  
sic in Epistola ad *Hebraeos* reperitur demonstratio,  
de *praefantia et Christi et religionis per ipsum ad  
omnes*

omnes proditae, p<sup>r</sup>aet lege Mosis et sacrificiis; vt  
graeci Iudei isto docendi genere eo facilis a templo  
*Hierosolymitan* auerterentur; In Epistola ad *Galatas*, demonstratur, legis istas caerimonias nec ab  
*Abrahamo*, Ebraeorum parente, olim obseruatas,  
nec populo impositas alio consilio fuisse, nisi παρεξ-  
βασιων χρήση, vsque ad illud tempus, quo homi-  
nes quasi ad aetatem iustum peruenissent, et πιστο-  
eis χρήσοv, loco ieiunarum p<sup>r</sup>aeceptionum, am-  
plecti possent. In epistola ad *Romanos* causam  
eandem copiosius agit Paulus; vt isti doctores vte-  
rentur his, quae suggestis argumentis, aduersus Iudeos et gentes, eosque ad religionem meliorem,  
remotis impedimentis, transferrent. Similiter ad  
*Corinthios* p<sup>r</sup>aecepit religionis interpretibus et mi-  
nistris scriptit Paulus; 1 Cor. 4, 6. 17. c. 14, 16.  
15, 58 cet. Atque facile hoc animaduertimus,  
Paulum vnum omnium Apostolorum maxime syste-  
ma quasi christianae religionis ad doctores eius tem-  
poris informasse, vt tam a prauitate Iudeorum,  
quam a superstitione, christiani facilis segregarentur.  
Itaque satis patet illud, librorum N. T. interpre-  
tationem esse p<sup>r</sup>aecepit *historicam*, atque descri-  
bere illius temporis res gestas, aut studia atque insti-  
tuta christianis eo tempore colligendis et confirman-  
dis aptissima: quae non omnino ad nos traduci  
cuncta possunt, quasi eundem in docendo modum  
adhibere, atque ad nostros homines eamdem ἐννοιῶν  
consuetudinem transferre hodie oportet.

## §. LVIII.

Hanc meliorem hermeneuticam disciplinam, Olim καὶ  
quae distinguit *ἰδιοτικωτερα* in sacris libris, a Κα- θόλικοις in  
θόλικοις, priorum seculorum doctores christiani sacris libris  
plerique custodierunt, qui et liberalem παραδοσιν distincta  
inter presbyteros per manus quasi ita transmiserunt:

D. 3 vt

vt fidei regulam, breue symbolum, populo exposuerint, ἐναγγελιον, 1 Cor. 15, 1. ecclesiasticam seu publicam doctrinam; ceterum vitae recte instituendae studiosissimi monitores et censores; erectoribus autem ingenis permiserint, doctrinae λόγον et rationem liberaliter apud se, vt tempus ferebat, requirere atque informare. Atque inde deinceps a seculo quarto magis negligi coepit illa doctorum ad Christi atque Apostolorum exemplum sapiens compositione, §. 4, licet plerique omnes illud decus arriperent, quod longe quam alii melius atque perfectius doctrinam Christi intelligerent atque aliis traderent, quod §. 42. 45. iam attingebamus; atque huius vitii iam Pauli tempore satis clara quedam vestigia reperiuntur. Facile autem ex historia optimorum doctorum, Christi atque Apostolorum, colligi potest docendi studiosa forma et disciplina, atque obseruari prudens illa oeconomia, quae falsas aut superstitiones opiniones non confirmat, et si eas non statim et vehementius conuelliit, sed opportunitate, quae iam adest, sic vtitur, vt tandem, si deus imuerit, homines, abiecta ista opinionum confuetudine, etiam ad perfectiorem et meliorem cognitionem transfrantur, Philip. 3, 15. 16.



CAP. II.

C A P. II.

D E

STVDIIS CHRISTIANORVM  
IN DOCTRINAЕ QVANDAM  
INFORMATIONEM  
COLLATIS.

§. LIX.

Dogmata solemus hodie dicere partes πιστῶς Initia do-  
christianorum; isto nomine olim rerum agen-  
darum vel calendarum praecepta significabantur.  
christian.

Primordia christianaæ doctrinae a Iohanne repe-  
tenda; quem Tertullianus (lib. 4. aduers. Mar-  
cionem, c. 33) appellat, limitem constitutum in-  
ter vetera et noua; ad quem desineret Iudaismus, et  
a quo inciperet Christianismus. Breuissime recen-  
setur summa doctrinae melioris, quam praeiuit,  
μετανοεῖτε, instat enim caeleste regnum; sed  
non dubitari potest, copiosa descriptione et εἰργάνετε  
Iohannem usum fuisse, quam ex prophetarum sen-  
tentias deriuauit. Perierat religionis internae omnis  
sensus atque usus; creuerant flagitia et scelera, re-  
busque, quae in sensu cadunt, plerique omnes ad-  
sueuerant (§. 34.). Non caruit successibus hoc  
diuinum magisterium; multi Iohannem doctorem  
eligebat, nouo sacramenti genere obligati, baptis-  
mo, ut ne ad Iudeorum sacram corruptam societa-  
tem et ad vulgatam improbitatem redirent, attenti  
ad publicam Messiae, qui propediem ipse doctor ad-  
futurus esset, prouinciam. Atque Iohannis disci-  
pulorum quidam etiam in alias prouincias discesse-  
runt, ut et ibi homines, Iudeos praecipue, ad aliam  
mentem suscipiendam excitarent.

D 4

§. LX.



## §. LX.

Religionis  
christianae  
figilla.

Iesus igitur, postquam viam quasi munierat Iohannes, publicum melioris religionis doctorem ipse egit, parabolis quidem ad alios usus, suis autem per varios doctrinae gradus, genuinam religionis verae indolem luculentius interpretatus. Ad hanc docendi protiniam socios XII, Apostolos, atque LXXII discipulos, qui numerus ex iudaica esse videtur oeconomia, adlegit; cum vero non pauci ex plebe hanc doctrinam praeferrent, atque ex eruditis non deessent, qui priuatis studiis ei fauerent: principes tandem populi omnem dederunt operam, ut auitam superstitionem atque ignauiam tuerentur, quod videbatur optime sic contingere, si istum Mosaicae consuetudinis, et *ραθυμιας* aduersarium e medio tollerent. Accidit igitur την ὀρισμενην Βουλην και προγνωστι της θεσης, ut Iesum crucis supplicio publice affecerint; quod non parum profuit, ut longe lateque fama de Christo et meliori eius doctrina per gradus et partes disseminaretur. Summam doctrinae his, illis, sententiis descriptam, Christus ipse non reliquit; suis enim spiritum s. pollicitus, liberum permisit omnem docendi modum; praeiuerat autem eis meliorem scripturae V. T. interpretationem, qua aliis Iudeis hanc nouam oeconomiam legitime persuaderent. Ipse autem loco solemnum apud Iudeos rituum, *circumcisionis* et *paschatis*, celebrandorum, quorum isto aliquis ad Iudaicam religionem accedebat, hoc eius se adhuc socium fidelem profitebatur, instituit sacros alios ritus; *baptismum*, in nomine patris, et filii et spiritus S. quo a Iudaismo et Gentilismo aliquis se iungeretur, dei iam cognitione meliori auctus; et *coenam sacram*, qua christianorum societas et stabilis communio inuicem promoueretur. Cum sacrum *panem* porrigeret istis discipulis,

cipulis, usus est hac ad rem interpretandam professione, τέτοι εστι το σώμας μας, το υπερ ύμων διδούμενον, hoc porro (ad alios) facite, εἰς την ἐμπνήσαντον. Cum sacrum calicem daret: τέτοι το ποτηρίου ή καληδιαδηκη ἐν τω αἴματι μας, το υπερ ύμων εκχυνομενον, Luc. XXII, 19. 20. De consilio autem et fructu, cum his sacris ritibus, (*mysteria dicere solebant iam olim, atque gentilium mysteriis haec opponere,*) coniuncto, variae iam antiquitus sententiae obtinuerunt, quia certa et firma descriptio, litteris consignata, non exstitit.

## §. LXI.

Iam Apostoli, postquam, ut promiserat Christus *spiritu sancto* instructi fuerant, et sic publica ad alios auctoritate iam non carebant, per Palaestinam non solum, sed et per alias deinde prouincias, locupletes se testes praestiterunt huic Iesu, quod sit Christus (cuius doctrina iam Mosis omnem auctoritatem tolleret;) vni et gestarum ab ipso rerum magnitudine, et laetissimorum omnium, et fructuum, qui ex morte et resurrectione eius ad omnes homines redundant, commendatione. Eminuit autem inter omnes Apostolos, successibus et studiis suis Paulus; qui praecepit, quam plerique Iudei tenebant, caerimoniarum mosaicarum necessitatem, publice et eruditissime extra Palaestinam conuellere primus ausus est. Atque sic labi coepit Hierosolymitani synedrii auctoritas, et loco *Synagogarum* in urbibus *ecclesiae* christiana coierunt, sub Presbyterorum, Episcoporumque ministerio, quibus noua societas sacra iam obsequebatur, religionis non parum a Iudaica diuersae exercitiis aliis admota. Ecclesiae istae, quia καὶ ὁλὴ την οἰκουμένην, locorum licet interuallis seiunctae, vna et simillima factorum omnes ratione vtebantur, locum fecerunt

Ecclesia-  
rum chris-  
tian. origo  
mysteriorum.

nomini ecclesiae oecumenicae, et catholicæ; <sup>et</sup> qua qui aliam in partem a ceteris pluribus Christianis abierant, docendique aliud priuatum consilium elegerant, ab ista electione, *cives*, adpellati fuerunt *cives*, quemadmodum Actor. 24, 14. Christianismus dicebatur *cives*, quorundam, pauciorum; quia a ceteris pluribus Iudeis, hac in Iesum, qui Christus esset, fide, seiungebantur.

## §. LXII.

Variae sententiae.

Quemadmodum Christum *de regno Dei*, quod instaret, loquentem sui adeo plerique discipuli non satis intellexerunt, iudaicis impediti opinionibus, a quibus post mortem Christi tandem libabantur, cum rerum statum alium iam animaduertarent, non illum, quem vane sperabant: ita et *Iudeos* multos et auditores Euangelli minus recte statim intellexisse has sententias, (*Iesus est Christus, est σωτήρ*, resurrexit a mortuis, regnum dei propinquum est, etc.) mirum non est; quippe qui aliis *envocatis* adhuc imbuti erant, a quibus omnino reuocari quasi per vim et contentionem non poterant. Apostoli certe minime vehementes doctores egerebant; passi adeo, *παντι τροπω εἰτε προφατεῖς, εἰτε αληθεῖς* Christum, i. e. religionem christianam, contra Iudaicam atque ethnicam superstitionem, commendari. Iudeis, vt ne eos omnino a Christo auerteret, Paulus ipse Iudeus (in Palaestina) factus est. Hinc facile patet, qui fieri potuerit, vt tam variae et aduersae sententiae de auctore ipso, de consilio Christi, et de fructu per christianam religionem certo consequendo, seculo iam primo, ac inde per secundum et tertium, locum habuerint: etiam inter eos doctores, qui se ab haereticis vltro seiungebant; nondum enim fuit stabilis omnium ecclesiarum inter se societas et communio, quae diuer-

statem



sitatem sententiarum facilius impedit; nec Apostoli  
vbique locorum ipsi adesse, facile autem multi  
apostolorum auctoritatem, falso iactare, poterant.  
Serius tandem contigit, vt reiectis variis opinioni-  
bus, cum illarum seminaria nulla amplius exstarent,  
vna fere sententia electa atque ad alios propagata  
fuerit, quae iam verior, integrior, et ad religio-  
nem christianam omnem aptior videri poterat.

## §. LXIII.

Quod ad Iudeos *πιστωρεις* attinet, rectorum  
populi studiis factum est, vt plerique Iudei a Iesu  
tamquam legis contemtore, et blasphemо in deum,  
auerterentur, Io. 10, 33. 36. E peregrinis Iudeis  
plures Christum secuti sunt, sed multi, vt videtur,  
*vulgata spe* de felicissimo mille annorum sub Christo  
ducebantur regno, quem breui tempore post in ter-  
ram illam redditum credebant. Atque huius opinio-  
nis inuenusta vis per seculum secundum, tertiumque  
adhuc valuit; nec videtur ea nihil contulisse, ad  
varias illas calamitates Christianorum, quas *perse-  
cutiones* dicere solent. Iudei enim etiam post *Titi*  
illum triumphum hic ibi res nouas moliri non desie-  
runt; a quorum consilio parum abhorrere videri  
poterant, Iudeochristiani, qui felicia illa secula ex-  
pectabant, et romano imperio, quo illa adhuc im-  
pediri videbantur, parum fauere, credi poterant.  
Iudei quidam *Danielis* prophetia eam in rem for-  
te abusi sunt, quia *Hieronymus* narrat, ecclesiam,  
*Danielis* translationem per *Theodotionem* praetul-  
lissem illi *των* LXX, quam propter periculum a Chri-  
stianis suscipi atque probari non licuerit. E Iudeis  
christiani partim quasdam Christi sententias minus  
recte interpretati, partim Iudaicam de felici in terris  
imperio *envoyoy*, adhuc secuti sunt, *πιστωματος* fere  
exper-

Inter Chri-  
stianos e Iu-  
daeis.

expertes; alii etiam a *Gnosticorum* opinionibus non nihil traxerunt, *Cerinthi* discipuli.

### §. LXIV.

*Gnosticorum sententiae.*

*Gnosticorum*, qui videntur iam sub initia seculi primi, a rudibus Iudeis et postea, a Christianis imperitoribus, sciungi voluisse, variae familiae, alio et contrario genere opinionum capti erant. Quemadmodum libros V. T. quibus Iudei adhaerabant, aut omnino reiiciebant, utpote corporearum rerum studiis magis quam suo πνευματι aptos, (§. XXIII) aut allegoriis et mysticis expositionibus trahere ad suas partes solebant: ita et *historicas de Christi rebus gestis narrationes negligebant*; siue, quod a multis solerent imperitus hic ibi configi, siue quod statuerent, Christum pro loci et temporis ratione vulgi studiis docendo atque agendo multum dedisse, quo perfectioribus suis hominibus iam non opus sit. Igitur γνωστι operam ipsi dabant et τελεοτητι, arcentes a se imperitam multitudinem, quae πνευματο expers rebus historicis atque externis duci soleat; ipsi nouum incorporarearum rerum, quarum *ignotus pater* auctor sit, sistema amplexi; αρχητυπο mundum non adspectabilem informantes, et beatum πληρωμα, cuius iconas, αἰωνος, substantias perfectiores, designabant. Corporeum mundum a sinistra potestate, (*demiurgum* quidam nominant,) ex iniidia, adiumentum, in quo diuini seminis seu lucis subreptae partes, materiae immistae, detinerentur. Ad liberandas tandem ex infelici tyrannide hoc in mundo Ψυχας, communi aeonum opera Christum, et ipsum αἰωνος seu προβολην summi dei patris, in mundum demisum, qui cum Iesu inde a baptisme suscepto coniunctus fuerit, et caelesti luce impertita homines ceterarum potestate liberare studuerit. Hunc iam felicem

felicem aditum in πληρωμα iis omnibus hominibus parasse, qui πνευματος non plane expertes, atque non omnino υλικοι essent. Huc fere summatis redeunt, quae solent de Gnosticorum variis opinioribus a quibusdam vetustis ecclesiasticis scriptoribus significari potius, quam luculenter prodi. Vtебantur autem *Gnostici* aliis scriptionibus domesticis, quibus copiosius ipsorum decreta descriebantur, vix tamen pauca fragmenta supersunt. *Euangelia* enim nostra imperitoribus tantum hominibus destinata fuisse; Apostolos autem partim nec ipsos omnia satis iam intellexisse, partim ob imperitiam auditorum et lectorum etiam ea, quae sciebant, litteris non expressisse. Fuerunt tamen, qui e re esse statuerent, aliquos istorum librorum admittere, licet hic ibi interpolatos. In varias statim familias diuisi fuerunt, quas *Valentini*, *Marcionis*, et aliorum, qui eminebant, nominibus solent veteres distinguere; atque pluribus in vrbibus celebrioribus magistri gnosticae societatis commorati esse leguntur, *Romae*, *Alexandriae*, in minori *Afia* etc. Fuerunt fere omnes Hebraeorum Iudeorum praeципue aduersarii, e graecis Iudeis tamen multos secum adscierunt, philosophiae lenociniis quibusdam vti; nec e Christianis aliis exiguum olim numerum collegerant; adeo ut *Alexandrini* quidam doctores non nihil docendi illorum genus imitati fuerint, ne soli Gnostici eo superbire possent.

### §. LXV.

Alii e graecis Iudeis, qui per eas prouincias commeabant, quae *Platonis* disciplina personare solebant, firmiter statuebant, deum, τον επι παντων, sive των των οἰλων Θεον, produxisse ante temporis initia, μονογενη, filium ipsi simillimum, λογον κατ' εξοχην dictum, auctorem et statorem re-

Dē λογο  
varia de-  
creta.

rum



rum omnium, quae per ipsum tantum existant, atque cuius iussu omnia administrantur. Ipsum enim perfectiorum et maiorem designabant, quam ut eius generis variam operam, quae in rerum omnium procreatione et gubernatione spectatur, in se suscipere ipse potuerit. Nec inter Iudeos Hebreos defuerunt, qui mandatum et verbum dei ὑποστικον occuparunt, sicut Malachim, seu angelos et nuntios dei, non ἐρεγγέας transeuntes, sed substantias libera agendi vi praeditas esse hi omnes decernebant. Sadducaeis contra, praeter deum, qui solus rerum omnium auctor sit et stator, substantias alias, quarum separato ministerio vteretur, negabant. Ex hebreis non paucos istam de λογῳ υποστικῳ ἐννοιᾳ imbibisse, praeter Cabballarum difficiliora studia et incerta monumenta, in Targumicis libris supersunt non pauca vestigia, quae id fere produnt: licet obscurius atque ita, ut non facile sit arbitratu, vtrum ad ἐυλαβειαν Iudeorum, a superstitione, qua nomen Iehoua suspiciunt, proprius remotam, magis pertineat ista loquendi ratio, an vero υποστικον λογον, interpretem dei ad homines, angelum e praecepitis, intellexerint. Alii de Messia varia repererunt opinandi ludibria, prout videbatur honorifice satis consingi; ignorari, unde oriundus sit; nomen eius, (quidam et ipsum) a deo ante hanc mundum iam procreatum esse, &c. Tandem et serius alii duplicem Messiam commenti sunt; alium minus conspicuum, alium felicitatis et domini in gentes ceteras instauratorem.

## §. LXVI.

**De prouincia et con-**  
**filio Christi.** Pro opinionum igitur iam susceptarum diuersitate, ipsum hoc Κηρυγμα, Euangeliū, testificatio, quod Christus iam venerit atque inter Iudeos vixerit, varie intellectum fuit atque acceptum;

cum



cum praesertim nondum perscripti essent Euangeliorum commentarii, aut tantum unius legendi hic ibi facultas esset. Ignoramus autem temporis hoc interuallum, quo effluxerint anni usque ad primum aliquod Euangelium scriptum; *subscriptionibus* certe codicem quorumdam, graecorum aut Syriacorum, fides recte haberi non potest, quae haud dubie iusto citius produnt scripta fuisse Euangelia. Gnostici plerique statuebant, Christum praeviisse hominibus *πνευματις* exemplum, spretis improbis legibus atque institutis sinistrorum angelorum, quorum iram feliciter fecellerit, cum Iudeos instigarent, ut legis patriae contemtorem in crucem ageant. Hac ratione hominem, Christi imitatorem, exire ex potestate tenebrarum; abesse iam istas *άρχαρτια*, quarum disciplina vniuersa ineptis istis praecepsis mosaicis contineatur; iam *πνευματις* homines beatum *πληρωμα* vnice spectare. Hi igitur Christum *σωτηρα*, et redemptorem hominum collaudabant; sed longe aliud respiciebant, quam alii. E Iudeis alii Christiani imperitiores, cum surrexisse Iesum audirent, paulo post redditum in terram sperabant, mille annorum felicitatem, oppressis aduersariis gentibus, publice auspiciaturum; alii carceres subterraneos effractos esse laetabantur, quibus ante Christi aduentum et ante victoriam ab inferis partam, coerceri omnes credebantur, qui ex hac vita sine expiatione exirent. E graecis non pauci, quasi philosophiae genus nouum, christianam disciplinam amplexi sunt, quos solebant quidam doctores (*Iustinus*, *Clemens alexandrin.* aliique non pauci; etiam a *Gnosticis* quidam illam *Κονογνωστη* celebrarunt;) λογις nomine alicere; aeternum illum λογον, dei filium, in cunctis hominibus lucis diuinae radios sparisse, *σπερματινον λογον*. Igitur *Socratem* et alios probiores philosophos vixisse

MET 06



*μετα λογις*, hunc usum rationis seu λογις a Christo ista disciplina inter homines optime instauratum atque adiutum esse, si qui ab admissis iam flagitiis, sacris baptismi caeremoniis abluerentur, ad meliorem vitae rationem felici successu simul initiati, quam post mortem aeterna excipiat felicitas. Meliores christiani et dei fauorem, Christi istis et successibus et suppliciis ad ipsos omnino iam satis confirmatum, et beatam immortalitatem resurgendique in corpore meliori spem, si Christi doctrinam atque instituta recte sequerentur, sibi partam esse confideant; quae venustior disciplina, ut ab ineptis aliorum opinionibus seiuista esset, *symbolo* breui, seu fidei regula, comprehensa, et baptismi et sc. coenae sollemni ritu consecrata fuit, inde post secundi seculi initia; atque sic baptismus, qui nouam vitam Christianis iungebat, *vita* post mortem continuandae fons, sicut sc. coena, a multis credi solebat; cui rei admissa μυσησιων e Graecarum societatum vsu nomina postea inservierunt, ut ad primum illorum rituum consilium, quod Christus fecerat, hoc illud etiam accesserit peregrinum.

### §. LXVII.

Priuata  
aliorum  
consilia.

Cum iam contrariae essent improbiorum quorundam hominum consiliis Apostolorum et Evangelistarum scriptiones, quibus docendi et viuendi modum ad Christianos doctores praecipue informaverant: fieri fere aliter non potuit, quam ut aliarum familiarium duces istas scriptiones partim reicerent, partim interpolarent; atque perfectionis specie usi alios libros suggererent: ut suam societatem eo facilius et latius propagarent. Videtur autem praecipua continuatorum domesticorum studiorum ea fuisse caussa, quod perfectionis et γνωσεως promissores, sociorum, quos adscierant, liberalitate et beneficiis largis fruerentur, καπηλευοντες τοι λογον τω θεω, et

pro

proborum hominum bona mente studiosissime ad huius vitae commoda impetranda abusi; de qua quorundam prauitatem iam Paulus hic ibi admonuit, qui longe aliud exemplum doctoribus christianis praeiuit, et vix necessaria huius vitae adiumenta ab accendentibus ad sacra christiana iis praestari voluit; nihil autem eius generis probauit, quod ad vitae voluptatem et luxum facere posset. Eminuit autem Apostolorum castus et Christi exemplo maxime intentus animus etiam eo, quod omne molestiarum et periculorum genus non deprecarentur, quod a diligentí propagandae religionis melioris studio seiungi tum non poterat; isti alii contra, diligentissime periculis se subducerent, mendacis etiam et fraudibus vni, si professio religionis a Iudeorum et Gentium superstitione abhorrentis, cum periculo ad ipsos coniuncta esset.

### §. LXVIII.

Fuit igitur triplex fere doctorum christiano-  
rum, qui Apostolos proprius sequebantur, studium; Apologeti-  
*partim*, vt Iudeos porro oppugnarent, qui per  
romanum orbem dispersi erant, et Christum venisse,  
Mosisque autoritatem sublatam esse, confirmarent;  
*partim*, vt detecta superstitionum turpitudine τα  
ἴδια prouocarent, sacrificiorumque prauitatem no-  
tarent, accusationes autem falsas amolirentur; *partim*,  
aduersus minus ingenuos christianismi inter-  
pretes, Apostolorum instituta et consilia continua-  
rent. Aduersus Iudeos poterant et solebant adhi-  
beri simul graecorum Iudeorum non paucae scripti-  
ones ἀποκρυφοι; aduersus gentes autem et plebis  
ineptias, philosophorum multorum praeceptiones  
non parum facere videbantur. Huius loci sunt illa  
Tertulliani, (de testimon. animae, c. 1.) „Non  
nulli, quibus de pristina litteratura et curiositatis

ci scripto-  
res.

E

labor

labor et memoriae tenor perseuerauerat, *opuscula penes nos considerunt*: commemorantes et contestificantes in fugillationem, et originem, et traditionem; et sententiarum argumenta; per quae recognosci possit, *nihil nos* (christianos, hac doctrina) *aut nouum aut portentosum suscepisse*, de quo non etiam communes litterae (*καινα γραμματα*) ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris cieccimus, aut aequitatis admisimus.

Itaque primi fere exstiterunt scriptores *ἀπολογητικοι*, aduersus gentes, *Quadratus*, *Aristides*, *C. Apollinaris*, *Miltiades*, (duo posteriores tam contra gentes, quam contra *Iudeos* christianismum defenderunt;) quorum libelli non supersunt; *Iustinus*, qui 2 Apologiis et aliis scriptis gentes, dialogo autem cum *Tryphone*, *Iudeos* sollicitauit; *Tatianus*, *Theophilus*, *Athenagoras*, *Clemens alex.* atque ignotus, si placet, *Hermias*. Disputatio *Papiisci* et *Iasonis*, qua *Papiiscus* adductus fuerit, ut *Iudaismo* renuntiaret, incerti auctoris est; nec constat de *Celso*, eius scriptonis latino interprete. Superesse alicubi suspicatur *Caue* libros 5 aduersus *Theostinum*, aliasque gentiles, qui Euangelia calumniabantur, quorum librorum auctor *Magnes*, hierosol. presbyter, fuisse dicitur. E latinis scriptoribus, *Tertullianus* et *Cyprianus*, tam contra gentes, quam contra *Iudeos* scripsierunt, *latina* vsl interpretatione των LXX; *Minucius Felix*, *Commodianus*, *Arnobius*, *Laetantius*, *Augustinus*, religionem christianam aduersus gentiles defenderunt, partim ex philosophorum et poetarum testimoniis confirmarunt. Atque hic nobis fatendum est, parum emolumenti ex istis libellis in nostra deriuari posse tempora; et si olim iis forte aliquid adiumenti ad rem christianam accesserit. Inest autem his cunctis scriptiōnib⁹

nibus liberrimum ingenium et studium eximium, ad temporis rationem ea omnia componendi, quibus religio christiana ad alios commendari poterat.

### §. LXIX.

Per duo fere priora secula non innotuerunt e graccis τῶν ἔξω scriptoribus, qui christianismum studiosius publice impugnauerint; *Celso* excepto, *Epicureo* philosopho, cuius λόγοι ἀληθινοὶ *Origenes* celeberrimis istis libris VIII contra *Celsum*, ut temporum ratio tulit, satis refutauit. Hic commemo-  
rare licet incertum scriptorem, a *Suida* allegatum,  
*Alexandrum*: τι κανόνι εἰσηγεγένεται Χριστός εἰς τὸν κόσμον. *Celsus* enim et ipse negabat, a Christo ἡγε-  
νον locum melius, quam a Platone, illustratum fuisse.  
Inter *Luciani* dialogos extant *Philopatris*, (qui tamen alias esse videtur scriptoris) *Pseudomantis*, et de morte *Peregrini*; qui in christianam religio-  
nem, vt ea quidem parum recte occupatur, non ob-  
scure false inuehunc. *Arrianus*, ille *Epicetti* discipu-  
lus, (qui Galilaeos nominat christianos,) *Galenus*, atque imperator philosophus, *Aurelius Antoninus*, christianorum et Iudeorum pertinaciam in re-  
ligione, summatim reprehendunt; doctrinae autem rationes non praecipue attingunt. Atque iam *Plinius*, (epist. lib. X. 97) christianorum constan-  
tiam supplicio dignam existimauerat; in decretis au-  
tem et moribus, quod accusaret, nihil inuenit.  
Non est autem dubium, philosophorum et rhetorum in scholis christianam religionem non plane silentio  
praeteriri potuisse; quam ob rem *aristotelicorum*  
quorundam dogmatum euersionem aliquis graece  
scripsit, et *quaestiones* et responsiones ad graecos;  
*quaestiones* graecanicas etiam; quorum libellorum  
*Iustinus* auctor falso olim ferebatur. *Ammonius*,  
alex. contra, *aristotelicam* philosophandi rationem

Aduersarij  
ex genti-  
bus.

E 2 cum



cum platonica coniungere sustinuit; et incertus ille Φιλοσοφομενων auctor praecipuas festas philosophorum refutatum iuit; licet ille liber iam minus integer ad nos peruererit. *Porphyrius* libros 15 contra Christianos scriperat, quem *Eusebius*, caesar. *Methodius* et *Apollinaris*, Iaodic. episc. refutarunt; atque hic quidem, *Philostorgio* indice, istis longe melius. Nouum fere institutum secutus est *Eusebius* in alio opere; libris 15, praeparationis Euangelicae, et 20 demonstrationis euangelicae, (e quibus 10 tantum supersunt;) hos posteriores et eclogas propheticas, (quae nondum lucem viderunt) aduersus Iudeos praecepue instruxit. Tandem *Iulianus*, imperator, qui olim lectoris nomine securitatem quaesuerat, aduersus galilaeorum sectam (aduersus Iudeos et christianos) græce scripsit, rationibus pseudopoliticis et animi vehemtia adductus; ei reposuit *Cyrillus*, alex. haud paulo melius, et si per summam tantum, quam *Gregorius, Nazianzenus*, et quidam alli declamatores.

### §. LXX.

*Eusebii* Est autem operæ pretium, atque ad cognoscendam eius temporis doctrinæ christianaæ rationem maxime facit, *Eusebiani* operis prioris, προπαρατευνης, indicem breuem adiungere. (Cum et *Iulianus* a se *Eusebium* lectum esse præ se ferat;) lib. 1. Τις ή της εὐαγγελίους ὑπόθεσεως ἐπαγγελια. Τινος προς ἡμας συνηθες ἐξι λεγεν τοις τα καθ' ἡμας διαβαλλειν ἐπιχειρεσιν. Ότι μη ανεξέταστος τα τε σωτηριας λογια φρονειν εἰλομεθα. Ότι μη ἀκιτως ἡμιν ή περι των ὁφελιμωτατων πιστις κατα καιρον παρειλαμβανεται. Ότι μη ανευ σωφρονεις λογισμος της πιστεως δεισδαιμονος πλανης ανεχωρησαμεν. Όσα παρ ελλησι, καη οιο περι της πιστης κοσμοποιος αναγραφεται, καη

ως

ως τετων μετακρισεως ἀπειπμεν. Οτι πλεον ὅδει  
οι παλαιοι των κατ' ἔργον Φαινομενων αἰσχρων  
ἐθεολογυν. Οτι γεωτερα τῷ βίῳ παρεισηκται τα  
παρα τοις παλαιοις περι θεων τεθρυλλημενα.  
Επιτομη της Φαινομενων αἴρχεισι λογογραφημενης Θεολογιας,  
καη περι των ταυτην συγγραψαντων, καη ὅτι δι-  
καιως αυτης κατεπτυσαμεν. Liber 2. Epitome  
Theologiae Aegyptiorum atque ut ad Hellenas fuit  
translata. Quod εὐλογως ab his cunctis secesserim-  
mus. Serius esse inductam, quae inter graecos  
iam est, theologiam. Epitome των μιθενομενων  
παρ Ελλησι, de diis et de Heroibus. Epitome  
των ἀπορρητων τελετων, καη κρυφων μυστηρων,  
της πολυθεος πλανων. Quibus λογισμοις commoti  
a communione eius religionis discesserimus. Repe-  
titio eorum, quae antea dicta erant. Ipsorum tem-  
pla deorum esse ταφος νεκρων. Quaenam fuerit  
vetustiorum de diis δοξα. Περι της Ἑλληνων σεμνο-  
τερος τε καη φυσιωτερας Θεολογιας. Quomodo  
Plato de vetustorum theologia senserit. De theo-  
logia romanorum, (ex Dionysio Halic.) Lib. III.  
de Graecorum physica theologia; de Aegyptiorum  
theologia allegorica; Quod vniuersam αναφοραν  
tropicae θεωριας tantum ad caelestia astra, aquam,  
ignem et ceteras mundi partes transtulerunt. Quod  
et ista fuerint πασοις μεσαι καταγνωσεως. Quod  
repudiata illorum theologia, etiam quae maxime est  
physica, εὐλογως praetulerimus solam et veram  
theologiam. Quasnam αιτιολογιας iuniores philo-  
sophi μιθοι illis περι θεων adicerint. De vetusta  
κατασκευη των Σοσων. Continuatio, de allegorica  
Graecorum et Aegyptiorum theologia. Ελεγχος της  
καη τετων Βεβιασμενης αποδοσεως, seu de inepta  
expositione. Οτι τας μιθινας περι θεων διηγησεις  
αυτοι, διο των οικειων χρησιμων, ei αυτων θεοι  
κυριντες απελεγχουται, cum faciant philosophis

contraria. Οτι καὶ ταῖς τῶν Φιλοσοφῶν θεωρίαις ἐβεβαιεῖν διὰ τῶν χρησμῶν, ἐναντίως τοῖς περὶ αὐτῶν μυθοῖς ἀλληγορεύντες. Quod fieri omnino non potest, ταῦτη τὸν κόσμον, ἢ τὰς θεοὺς δυνάμεις γονινέσις ὑπαγκαῖς μεθελκεῖται καὶ διὰ χρησμῶν τοῖς ἔρωτασι θεσπίζειν. Οτι δαιμονικῆς ἐνεργείας πάντα τα τοιαῦτα τυγχανεῖ. Lib. IV. Prooemium, περὶ τῶν κατὰ πόλεις χρηστηρίων &c. Facile esse ad intelligendum, si qui velint, πλανηταῖς τὴν περὶ τῶν χρηστηρίων ἐπαγγελίαν καὶ γονιτῶν αὐδοῖς φαδίζεργοιαν. Οτι ἀσυνατος ἢ μαντική, καὶ αὐχεντος καὶ ἐπιβλαβῆς ἢ προρρησί. Quod euangelica Seruatoris nostri doctrina ab istis maximis malis nos liberauerit. Tis ἡ διαιρετικὴ τῆς κατὰ Ελληνας θεολογίας. Οτι ἐκ τῶν ἐλληνικῶν παραδεσεων ταῖς τῶν ἐλεγχών μαρτυρίαις πιστεῖται. Περὶ τῶν κατὰ χρησμῶν ἀπορρητῶν. Ορκος περὶ τῶν λεχθησομένων. Οτι ἡ χρηση λεχθησομένων εἰς πάντας ἐνφέρειν. Quomodo Apollo iubet deos placare. Quod dii esse nequeant, qui animalium θυσίαις gaudent. Οτι ἔδει τῶν ἀπὸ γης χρηση τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ ἐτεθυμιαῖται θυσίαι, ἃ δὲ τοῖς θεοῖς δυναμέσι. Quod sit αἴστοις, παρανομοῖς, τοις θυσίαις θεοῖς. Quod δαιμονοῖς, ἢ θεοῖς, θυεταῖς. De antiqua αὐθεωποθυσίᾳ, et quod post euangelicam doctrinam cessavit. Οτι πονηροῖς δαιμονοῖς ἀνεκτοί ista omnis theologia. Όπως ἀνακεῖται δε τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. ὡς ἔδεις ἄλλος τῶν ἐξ αἰώνων, ἢ μονος ἡ σωτηρίαν το πάντα τῶν αὐθεωπων γενος τῆς δαιμονικῆς ἀλευθερωσε πλανῆς. tis τρόπος τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας. De malis daemonibus, καὶ τίνες ποτὲ εἰσὶν αὐτῶν οἱ αἰρχοντες. Lib. V. Daemonum esse μαντεῖα et χρηστηρία. Quod varia et multiplex sit Graecorum δεισιδαιμονία. De operibus et maleficiis daemonum illorum; quomodo

τοις γονσιν ὑποταττούται, isti dii. — Mori etiam daemones istos, pro diis habitos. De antiquitate oraculorum. Exempla ineptiarum et malignitatis. Lib. VI. Coniecturis niti oracula; libertatem nobis per ea tolli; quod opinati fuerint gentiles, δια μαργενας λυεδας fatum. Mendacia μαντευομενων. Refutatio της περι εἰμαρμενης λογης. Quomodo ipsi philosophi deorum de fato δοξας refutarint; απο των Οιονας. Απο των Διογενιας. Απο των Αλεξανδρης. Quod etiam ex mathematica θεωρια fatum refutatur. Ex Bardisane. Quomodo etiam ex SS. Ex Origene Lib. VII. Περι της των ανεκαθευ Εβραιων βιβ, et quod εὐλογησ praetulimus diuinis illorum scripturas patriis λογοις. Repetitio theologiae apud alias gentes, et quorum malorum causa extiterit. Recensio της των Εβραιων τροπης, et quomodo senserint de opifice rerum omnium. Quomodo senserint de immortalitate animae et περι της των σωματων ἔστιας. Quomodo φιλοθεοι ὄντες θεοφανειων και χρησιμων ηξιωδησου. Quomodo ευτεβεια praestabant, iam ante Mosen. Περι των παιδ Εβραιων δογματιων θεωρητων περι της καθολης προνοιας, και δημιουργιας της κοσμου. Hebraeorum δοξας deo, prima omnium causa. Περι της της δευτερης αιτιας θεολογιας. Philonis, de eadem re. Περι της των λογιων συστασεως, (hic de tertia ἔστια, spiritus s.) περι αντιτιμενων δυναμεων. De hominis φυσεi. Philonis de anima. Non esse την ψλην αγενητον. (Ex Dionysio). Ex Origene εις την Γενεσιν. Ex Philone Quod non αγενητος η ψλη nec causη malorum, (ex Maximo). Lib.VIII. περι της κατα Μωσεω θεοτεβης πολιτευματος. Aristaei de interpretatione scripturarum Iudaicarum. Epistola Demetrii phaler. ad Ptolemaeum,

regem Aegypti. Epistola *Ptolemaei ad Eleazarum*, summum pontificem Iudeor. Epistola *Eleazari ad Ptolemaeum*. *Philonis*, de Iudeorum ex Egypto migratione. Eiusdem de Mosis πολιτειᾳ. *Iosephi* de eadem. *Eleazari ὑποτυπωτις της ἐν τοῖς νομοῖς ἀλληγορεύμενης διανοίας*, ex *Aristaeo*. *Aristobuli*, de partibus, quae deo tribui videntur. *Philonis* de virtute antiquorum philosophorum (*Esaeorum*) apud Iudeos. Eiusdem de eo, et γεννητον esse mundum; eiusdem, prouidentia regi mundum. Lib. IX. Quot ex gentilibus scriptoribus mentionem fecerint de Iudeis. *Theophrasti* de Iudeis, ex *Porphyrii* primo περὶ τῆς τῶν ἐμψυχῶν ἀποχῆς. *Porphyrii* de antiqua Iudeorum philosophia. *Hecataei* de Iudeis. *Clearchi* de Iudeis, ex primo περὶ ὑπνῶν. *Clementis alex. de iis*, qui mentionem fecerunt de Iudeis. *Numenii*, pythagorici philos. de Iudeis, ex primo, de bono. De Mose, ex tertio eiusdem. *Chœrili*, poetae, de Iudeis. Ex τῶν Πορφυρίων, τῷ οὐρανῷ μας, χειρομ., Apollinis de Hebreis. Ex *Iosephi* Archaeologia. Ex *Abydeni* scriptione, de diluvio. Ex *Iosepho*; plures mentionem fecisse, de longa vita priorum hominum. Ex *Abydeno*, de aedificatione turris. *Eupolemi* de Abraamo, ex *Alexandri* polyhistoris libro de Iudeis. Ex eodem, *Solonis*. *Philonis*. *Demetrii*, de *Iacobio*. *Theodoti*, de eodem. *Artapani*, de *Iosepho*. *Philonis*, de eodem. *Aristaei*, de Iobo. *Eupolemi*, de Mose. *Artapani*, *Ezechielis*. *Demetrii* de eodem. *Eupolemi*, de David, Salomone, Hierosolymis. Epistola *Salomonis* ad *Vaphrem*, regem Aegypt. Huius responsio. *Salomonis* epist. ad *Suronem*, regem Phoenices. Huius responsio. *Theophilis*, de Salomone; *Eupolemi*, de eodem. *Timocharis*, de Hierusalem, ex libro

libro de *Antiocho*. Τε της Συρίας σχολομετρες, de eadem vrbe. *Philonis*, de aquis in Hierosolymis; *Aristaei*, de iisdem. *Eupolemi*, de *Ieremia*. *Beroſſi*, de captiuitate sub Nabuchodonofor etc. Lib. X. Quomodo τα σεμνα των μεθηματων a barbaris ad Graecos transierint. *Clementis*, de furto scriptorum graecorum. *Porphyrii*, Graecos fures esse. Quod Hebraeorum theologiam non sine ratione praetulimus philosophiae graecae. Quod Graeci omnia a barbaris acceperint, ex Clemente, Iosepho, Diodoro. De vetustate prophetarum Hebraeorum, *Africanus*, *Tatiani*, *Clementis*, *Iosephi*. Quod inferiora sint tempora philosophorum graecorum, quam omnis Hebraeorum historia. Lib. XI. Quod philosophia Platonis ἐπηκολεθησεν ἐν τοις αὐαγματάτοις τη παδί εἰρειας. Ex Attico; de triplici philosophia Platonis, (logica, physica, ethica.) Ex *Aristoclis* septimo περι Φυσιολογιας. Περι των ιδικων δογματων, apud Hebraeos; περι της λογικης πραγματειας, περι της των συνομοτων σφραγιδων. De Physiologia Hebraeorum, περι της των νοητων Φυσιολογιας. Περι της οντος, Mosis et Platonis. *Numenii*, pythagorici, de eodem, *Plutarchi*. ὅτι αἴρεντο το θεον, ὅτι θεος εις εσι μονος. Περι της δευτερευουσιας, H̄ebraorum et Platonis. *Plotini*, *Numenii*, de eodem. *Amelii*, de *Iohannis* nostri theologia. Περι των τριων αρχικων υποστασεων. Περι της της αγαθης εστιας. *Numenii*, de bono. De ideis Platonis. *Philonis*, de ideis Mosis. *Clementis*, de re eadem. Hebraeorum et Platonis, de contrariis potestatibus. *Porphyrii*, de eodem. Γεννητον ειναι τον κοσμον. περι της αλλοιωσεως κοινη μεταβολης της κοσμου. περι αναβιωσεως mortuorum. De mundi fine. Quod Plato etiam, mortuos resuscitatos esse tradit, similiter

vt Hebraei. *Plutarchi.* Quod Plato similiter vt Hebraei, περὶ ἐπιγραφῆς γῆς, exposuit. De iudicio post mortem, Plato credit idem ac Hebraei. Lib. XII. Πιστὸν etiam Plato praecipue commendat. Εὐ σχηματί μνήσων τὰς πρώτας εἰσαγωγας τοῖς παισὶ παραδίδοντα. Plato καὶ αὐτὴ διαθέτει τύποις πιστευειν καὶ πεπειδαμόν οὐλογεια, οἷς καὶ ήμεις (Christiani) πιστευομεν. Non licere ad omnes prodere, τὰ σεμνὰ τῶν της ἀληθείας δογμάτων. etc. Περὶ τῶν δικαιῶν, secundum Platonem. De Paradiso Mosis, quod ex viro sumtam dicit mulierem. De prima hominum vita. ὅτι καὶ τοῖς αἴλογοις ζωοῖς ὡμιλεῖν. De diluvio. Bene apud nos a deo incipere doctrinam, et in homine definire. Optimum, παιδία, adhuc tenera in aetate, ἔγγυμαζεν τοῖς ἔθεσιν της θεοσεβείας. Παιδείαν praecipue ad ἀρετὴν spectare debere. Quod Plato, fere vt Hebraci, τὰ τῦδε imaginem θεοτερων esse statuit. Ταῦτα δι' ἐκμαθησεως ὑμῶν ὄρθων καὶ ὀδῶν praeparandos esse ad ἀναληψιν ἀρετῆς. Quas διανοίας οὐδε continere debeant. Quod non est omnium, τὰς ὄρθας ὀδᾶς καὶ τὰ μελι ποιειν. — — Quod bellum nobis est πρὸς ημας αὐτοὺς καὶ τὰ ἐν ημῖν παῖδη. Quod non corpus, sed anima causa est τῶν κακῶν προστατευειν. Οτι δεῖσε ποτε τῷ Φειδίῳ αὐτὶ Φαρμακὸς χρησθεῖ, ἐπ' ᾧ φειδεῖται τῶν δεομενῶν ταῦτα τροπά, (propter eos, qui aliter utiliter doceri nequeunt.) Quod non decet, το παν ἔθνος (Christianorum gentem) διαβαλλεθεῖ, quia sunt apud nos, qui non viuunt κατὰ λογια. Quomodo Plato transtulit τὰ ἐν παροιμίαις λογια, ἐπι το ἐλληνικωτερον. — — Quod utitur Plato iisdem παραδεγμασι, quibus Hebraeorum scriptura. Quod et Plato in 12 tribus diuidere iubet πολῖτας, ad imitationem Hebraeorum — περὶ τῶν ἀδεσον δοξης, ex decimo legum. πως τον

περὶ

περὶ θεού λόγου κατασκευαζεῖς Plato; de prouidentia, quomodo tradit. Lib. XIII. Quomodo Plato redarguit τὴν ἀτοπίαν τῆς ἐλληνικῆς θεολογίας. Ex Timaeo, Epinomide etc. Quod graecorum δημόσιες de diis praeter turpes fabulas nihil contineant; Socratem, quod iis non crederet, morte affecerunt Athenienses. Quod non oportet προσέχειν ταῖς των πολλῶν δοξαῖς, et quod ne quidem metu mortis a proposito recedendum sit. Propter veritatem mortem non fugiendam esse. Graecos ex Hebraeorum philosophia profecisse, Aristobulus, peripateticus, fatetur. Plato minus recte τοῦ περὶ τῶν νοντῶν ὁσιῶν ἐφαδεύεται λόγον, sed Hebrei. Quod secundum Platonem μη ἔξ αἰπαθεῖται παθητης ὁσιας ή τῆς ψυχῆς συνετηκε Οὐσία, ex Seuero, platonico. De caelo et astris, de mulieribus, περὶ ἑρωτών ἐκθεσμών, de legibus caediis non recte scripsit Plato. Lib. XIV. De philosophorum dissensione; hebraeorum συμφωνίας. Quomodo Plato reprehendit τοὺς προ ἀντά. De variis διαδοχαῖς philosophorum. Quod a graecis philosophis non absint σοχασμοί, λογομαχία et πολλὴ πλανη. Ex Porphyrio et aliis. De geometria, Astronomia, et logismis, ex Xenophonte. Περὶ τῶν φυσιολογειν ἀναγνωτῶν. De gymnastica et musica. Opiniones philosophorum περὶ ἀρχῶν — περὶ θεῶν de iis, qui sensus tollunt. de scepticis. De Aristippi sententia; de iis, qui solis sensibus omnia tribuunt. De Epicuri voluptate. Contra eos, qui prouidentiam negant, et hoc vniuersum σωματῶν ἀτομοῖς tribuunt, Ex Dionysio, alex. episcopo; refutationes, ex eodem. Lib. XV. De Aristotle. De dissensi dogmatum aristotelicorum ab Hebreis et Platone; Ex Attico, contra Aristotalem, qui negat γεννητὸν esse mundum, contra eudem, quod quintam σωματῶν ὁσιαν fingit, quam

pec



nec Moses scit nec Plato. Contra eudem, (ex Attico) quod de animae immortalitate non consentit cum Platone et Hebraeis. Ex Plotini secundo περὶ αἰΓαρατίας ψυχῆς, contra Aristotelem, qui ψυχὴν dixerat esse ἐνελεγέσαν. Porphyrii, de eadem re etc. De Stoicorum philosophia; περὶ αἰχῶν. Porphyrii contra Stoicorum de deo δοξῶν. Non esse τὸν σωματικὸν, contra Stoicos. de conflagratione vniuersi, quid sentiant Stoici; de anima quid sentiant; Longini contra Stoicorum de anima opinionem. Quod anima non potest esse σωματική. Physicorum philosophorum δόξαν, de sole; de luna, etc. τις οὐ στοιχεῖ τῶν αἰχῶν, περὶ σχηματων αἰχέρων. Num vniuersum sit unum; num mundus animatus, num αἴθαρτος. Απὸ ποιῶ πρώτων ἡρέσατο ὁ Γεός κοσμοποιεύν, quaenam dextra et sinistra mundi. De caelo, daemonibus, ὑλῃ, de eclipsi solis, lunae, περὶ ἐνιστάτων, γης, θετεως καθ' ἐγκλισεως της γης. de mari, cur amarum; de animae partibus, περὶ γηγεμονίας. Socratem eos, qui in his gloriantur, stultos dixisse, quippe qui versentur circa res inutilles, cum intelligi a nobis non possint.

Haec sufficerint, ut intelligi possit, quantum studii et diligentiae attulerint sacrorum christianorum statores illorum temporum, vt, quacunque ratione fieri posset, religionis christianae indolem a falsis accusationibus atque impedimentis ad alios vindicarent. E latinis Augustini libri XXII de ciuitate dei similiter, ex vniuersa litteratura, collecti sunt.

### §. LXXI.

Occasio  
scribendi  
libros chri-  
stianos.

Cum enim e Graecis et Romanis non pauci ad religionem christianam accederent, qui in rhetorum et philosophorum scholis antea versati erant: iam nec erudita ministeria christianis deerant; sicut et

et *Gnosti* seminaria suorum decretorum *Romae*, *Alexandriae*, *Antiochiae* etc. habebant; ita ut ubique locorum una fuerit et *ecclesiasticus* coetus et *gnosticus*. Hos inter etiam mulierum ministeria celebrantur, *Marcellina Romae* etc. Itaque facile intelligitur, scribendi, disputandi et occasionem et facultatem neutri parti defuisse. Celebrior autem fuit ceteris locis *alexandrina* schola, rectoribus ex *ecclesiasticis* via, *Athenagora*, *Pantaeno*, *Clemente*, *Origene*, *Heraclia*, *Dionysio*, *Piero*, *Theognosto*. Supersunt autem ex antiquioribus temporibus vix paucae tantum scriptiones, quae christianam religionem breui quasi summa comprehendant; quia παραδοτες solebant praecipue vti, non vero scriptis libellis. His enim tum demum opus fuisse videtur, cum iam ad remotores provincias christiana religionis capita disseminanda essent, et cum eorum multitudo, qui per provincias distribuendi erant doctores, ex unius ore ad discere omnia, atque integerrime aduersus haereticos retinere non posse videretur. Atque hanc ob rem tam multae scriptiones falsis nominibus superbiebant, ut e primo seculo auctoritatem crederentur repetere, non autem ipsa nouitate sua et pueritia quasi doctrinae offenderent.

### §. LXXII.

Perfectiores ceteris christianis *Gnosti* se fin-  
gebant; itaque inter Christianos ubique locorum o-  
currunt, ut nulla fere vrbs fuerit, in qua doctrina  
christiana amatores habebat, quin *gnosticorum* etiam  
coetus in ea exsisterint (§. LXXI.) Horum statores  
videntur et ipsi per aliquod tempus παραδοτες, et  
apocryphis quibusdam graecorum Iudeorum vi  
fuisse; secundo autem seculo iam multi exsisterunt  
sectae huius scriptores, et quidem prius fere, (ne Apo-  
stolicis

*Gnosti*  
scriptores.

stolicis quidem exceptis) quam inter catholicos. *Irenaeus ἀμφιστον πληθος ἀποκριψων καὶ νοθων Γερόφων, οἱ αὐτοὶ ἐπίλασταν, de gnosticis commemorat;* nempe *Euangeliorum et Apostolorum, Pauli (qui 2 Thessal. 2, 2. iam de ea fraude loquitur) etiam antiquorum hominum nominibus, abutebantur.* Sic Petri interpretem, *Glauciam, BASILIDES, alexandrinus*, suum magistrum iactabat, auctor Euangelii *νατα Βασιλείδην*, (*ἐξηγητικῶν* nomine allegat *Clemens librum 23*); perfectioris ingenii atque argumenti, quod *γνωστὸν* commendaret. *VALENTINVS*, aegyptius et ipse, *Theodadis*, quem *Pauli* familiarem faciebant, discipulum se profitebatur. Hic alexandria *Romam*, ubi tum etiam *Cerdon* vixit, venit, sub *Hygino*; inde in *Cyprum* insulam secessit, sub *Aniceto*. Praeter nostra *suum etiam Euangeliūn* (*Euangelium veritatis*, quasi ista *κατ’ οἰκονομίαν* scripta essent) habuit; eius etiam *Psalmos* commemorat *Tertullianus*, *Epistolas autem et Homiliae Clemens alex.* Nec instrumentum (libros N. T.) reiecit aut textum corruptit; suo autem sensu impleuit, qui *πνευματικοῖς* conueniat, cum *σοφίαις* et *ψυχήσι* longe minus harum rerum periti esse possint. *HERACLEON*, eius *γνώριμος*, et scholae huius *γνωριμωτατος*, in *Sicilia*, sub *Alexandro*, rom. ep. vixit; inde in Aegyptum secessisse videtur, atque hic in *Iohannis Euangeliūn* *ἐξηγητῶν* seu commentarium, ex quo *Origenes* non pauca allegavit et reprehendit. *MARCION*, Sinopensis, *Romam* et ipse venit, et *Cerdoni* se adiunxit, Iudaicis sacris libris praeципue infensus, contra quos *αντιδεῖται* (graeca lingua haud dubie) composuit. *Euangeliūn* ipse sibi collegit facilorem in usum, quod videtur ex *Luca* sere desumisse, omissa tamen genealogia Christi et eiusdem omnibus, quae Iudeis placere



cere possent. Pauli epistolas, τοις αποστολοις, varie interpolauit. Quod autem *Marcionem* latinis libris sacris usum fuisse quidam erudit autumant; non videtur ratio ei opinioni satis constare. **I S I D O R U S**, *Basilidis* et filius et discipulus, ἐξηγνητικα scripsit in patris sui prophetas, *Barcabam* et *Barchor*, aut *Barcoph*; librum etiam περὶ περσοφυς ψυχης, atque ἡθων, sive παρενθεσι-*Epiphanes*, *Carpocratis* filius, alexandrinus, librum de iustitia scripsit; *Ptolemaeus*, epistolam ad *Floram*, de lege mosaica, quae ab *Epiphanio* ad nos transmissa est; eius indolis, ut inde sententiam ferre liceat, de eruditione et animo Gnostico-rum. **T A T I A N U S**, auctor Euangelii δια τεσσαρων, amputata genealogia Christi, et verae humanitatis historia. *Theodoritus* suo adhuc tempore supra CC exempla in dioecesi sua reperit atque remouit. Atque vix est dubitandum, *Tatianum* fecisse *Euan-geliis*, quod Pauli epistolis; narrat autem *Eusebius*, histor. eccl. lib. 4, 29 eum Phrasin et genus scribendi emendare ausum. *Bardesanes*, et si plura aduersus *Marcionem* dicitur scripsisse, statuit tamen ipse, (dialog. contra Marcion.) esse praeter deum aliam adhuc αρχην, ειδων, αυτοφυη, αυτογενητον; Christum, carnem de caelo attulisse; non esse resurrectionem carnis. *Tatianus* etiam de perfectione secundum saluatorem scripsit, contra matrimonium; librum *Problematum*; Encratitarum tandem flator. *Cassianus*, e *Valentini* schola, cum *Tatiano* fere consensit, δοκητως αρχων. Scripsit libros ἐξηγνητικων, e quorum primo allegavit *Clemens* alex. locum hunc, Hebraeorum philosophiam esse ceteris antiquiorem, (sed κοινη simul omnibus,) περι ζητησιας, η ευρεχιας, Euangeliio usus secundum Aegyptios, i. e. cuius auctores gnostici quidam Aegyptii, ipse forte *Valentinus*. **A P E L L E S**,

*Mar-*



*Marcionis*, (cum *Luciano* quodam,) discipulus, a Magistro, ob *Philumenes* inhonestum amorem electus, nouae scholae magister, cum quo *Rhodon* disputauit; aëreum corpus Christi statuit, aëri postea redditum, (alii σωμα ψυχικης οντος dicebant, alii *corpus ipsum*, scil. humanum, plane negabant;) consensit autem in loco κοινωνης cum ceteris Gnosticis, liberum esse vnicuique, ut teneat fidem aut doctrinam, quam semel accepit; atque hoc argumentum fuisse videtur Φανερωσαν, quas eum a *Philumene* accepisse *Tertullianus* iocatur; scripsit et *Syllogismorum* libros, aduersus libros Mosis. *Hermogenes*, aduersus quem *Tertullianus* scripsit, videtur et ipse *Gnosticis* annumerandus esse; dicit enim ille, hunc ab Ecclesia ad Porticum, ab Ecclesia ad Stoicos transisse; sic vero et Marcionem descriperat, *stoicae* disciplinae (de 2 principiis) eum fuisse studiosum. *Lucius*, seu *LEVCIVS*, *Charinus*, auctor periodi *Apostolorum*, Petri, Iohannis, Andree, Thomae et Pauli, quem *Photius πατησ αἱρεσεως πηγη* nominat, *Gnosticorum* partibus etiam accensendus esse videtur.

### §. LXXIII.

Catholici  
scriptores  
dogmatici  
sec. 2.

Quod ad *catholicos* attinet, *Pauli* et *Iohannis* quaedam epistolarum partes, *Gnosticis* iam oppositae fuerunt; ille ψευδωνυμον γνωστιν, hic Antichristum et eos reprehendit, qui negant Christum ἐληλυθεναι εν σαρκι, et peccatum se habere. Incerti autem temporis sunt διδαχαι et διαταξει Apostolorum, item *Clementis* nomine proditae; aliae vero scriptiones, si maxime sint seculi secundi, quasi mediae sunt, inter vtrorumque, haereticorum et ecclesiasticorum, causam, *Hermae* tres libri, *Hermetis* *Pimander*, Epistola ad *Diognetum*, et alia ad *Zenam*

*Zenam et Serenum, Iustini nomine. Papiae libri V λογιαν κυριακων ἐξηγησεως*, prophetic potius quam dogmatici argumenti fuerint, non dissimiles *Sibyllinis oraculis*, quae forte potius Ορacula dici debebant. *Papias* certe de felicitate mille annorum in terris vanus yates multa tractauit. *Iustini contra Marcionem λογοι*, qui olim ferebantur, et de *resurrectione carnis*, (pars videtur istorum λογων) perierunt; si modo fuerunt *Iustini*, qui et ipse a variis γνωσεως ludibriis non fuit alienus. *IGNATII*, si placent, sive minores illae, sive ampliores, *epistolae* (aliquas *Eusebius* suo iam tempore videtur admisisse) *Gnosticis* praecepue aduersantur, (e. g. δοκησων reiciunt, et retinent *prophetas* et *Mosen*) sed suo et ipsae ingenio student. *IRENAEI* *Lugdun.* episc. lib. 5. *aduersus haereses*, (Gnosticorum) graece non integri, sed ex vetusta latina translatione supersunt; insunt autem eius generis *νομιματα*, vt ad rudimenta media-cria doctoris christiani referenda sit illa opera. Idem διαλεξεων διαφορων librum; *demonstrationem apostolicae praedicationis* (aduersus Gnosticos) ad *Marcianum*, fratrem, (seu presbyterum, doctorem,) et ad *Florinum*, (qui a *Gnosticis* abruptus fuerat,) epistolam, scripsisse dicitur, *epistolam* etiam aliam *de monarchia*, quod non sit deus auctor malorum; ad eundem alteram epistolam, de *Ogdoade* aduersus *Valentinum*; perierunt hae scriptiones, nisi quaedam fuerint partes istorum librorum quinque aduersus haereses. *THEOPHILI*, antiocheni, liber contra *Marcionem*, et aliis contra *Hermogenis* haeresin, κατηχητικη etiam βιβλια, interierunt. *MELITO*, Sardium episc. περι των εντοματον ειναι τον θεον, (de deo corporato); de incarnatione Christi, *Anastasius* citat librum tertium, contra *Marcionem*, (qui Melito-

nem oppugnauerat,) Christum nobis luculenter ostendisse *duo ḡos̄is*, (*τα σημεῖα ἐδηλών καὶ ἐπι-  
σχυτὸ τῶν κοσμῶν τὴν θεοτηταν κεκουμμένην ἐν τῇ  
τριετίᾳ*, triennio illo post baptismum.) Si modo  
fuit Melito auctor, Eusebius enim et Hieronymus  
ignorant. Porro, de ecclesia (adu. haereticos);  
de die dominica; de natura hominis; de creatione;  
de obedientia sensuum fidei praefitanda; de  
anima corpore et mente; de lauacro (baptis-  
mate); de veritate; περὶ κτισεως (alii, πισεως,  
minus recte) καὶ γενησεως Χριστοῦ; de diabolo; de  
*Iohannis Apocalypsi*. Excerptorum ex V. T.  
libri 6; cum epistola ad *Onesimum*, quae catalogum  
librorum V. T. continet; haec sola superest.  
**DIONYSIUS**, Corinthi episcop. epistolas *dogma-  
ticas* plures scriperat; 1) ad Lacedaemonios;  
2) ad Athenienses; 3) ad Nicomedienses, contra  
*Marcionis* haeresin; 4) ad Cretae ecclesias;  
5) ad Amastrianos et Ponti ceteras ecclesias, de  
recipientibus lapsis; 6) ad Gnostianos, ne *Piny-  
tus* episcopus castitatis onus quasi necessarium cun-  
ctis fratribus (i. presbyteris) imponeret; 7) ad  
*Soterem*, rom. episc. in laudes ecclesiae romanae;  
8) ad Sororem *Chrysophoram*; sed omnes inter-  
ciderunt. Questus autem fuerat *Dionysius*, quas-  
dam epistolas suas ab haereticis corruptas fuisse.  
**HEGESIPPVS**, qui *Romae* vixit, libros 5 scripsit,  
ἐπομηματα τῶν ἐκκλησιαστῶν πραξεων, e quibus  
fragmenta quaedam supersunt, de statu ecclesiae  
*Hierosolymitanae*, sed mediocris ingenii. *Phi-  
lippus*, episc. cretensis, scripsit aduersus *Marcio-  
nem*. *Tatianus*, qui *Romae* post *Iustinum* ad-  
huc docuit, Gnosticos et ipse potius adnumerandus  
est. *Bardesanes*, (de quo §. 72 iam mentio inter  
Gnosticos,) quibusdam resipuisse dicitur, et de fato  
scripsisse *dialogum*, nisi eius nomine alias abusus  
sit;

sit; exstat certe pars magna in *Recognitionibus Clementis*, lib. 9; nec satis constat, vtrum fuerit hic auctor libri de *Indorum Gymnosophistis*, ad legatos *Indorum*, qui ad *Antoninum* missi fuerant. Eius fil. HARMONIVS plura *syriace*, (sicut pater hac lingua vtebatur,) et gracie scripsit; *carmina* praeципue in Martyrum dies. MVSANI liber ad *fratres* (presbyteros) quosdam, qui ad *Encratitarum* haeresin descierant; MODESTI, aduersus *Marcionem*, ab *Eusebio* prae aliis laudatur. Pantaenus, qui ad *Indos* Euangelium protulit, exegeticas scriptiones in SS. reliquerat; opus sex dierum tamen de Christo interpretatus. RHODON, contra *Marcionem*, ad *Callistiona* quemdam, et in *Hexaemeron*, scripsit. Serapion, antioch. ad Dominimum, qui ad *Iudeos* descierat; et contra (*Docetarum*) Euangelium Petri, ex quo quidam in paroecia Rhossensi, falsas opiniones arripuerant. Clemens alexandr. libros 3 paedagogi, libros 8 σεμιναρίων, eorum in usum, qui ingenii pollerent exercitio; breues commentarios in canonicas epistolás excerpti curauit Cassiodorius; ὑποτυπωσεων libri 8, e quibus fortasse ἐκλογαὶ Theodoti nomine supersunt; canon ecclesiasticus, (sive de disciplina catholicorum christianorum) aduersus Iudaizantes; idem, praeter ηθιους libellos plures scriptiones aduersus *Marcionem* et *Montanistas* promisit in iis libris, qui supersunt; ipse in omnibus libris libertate ingenii summa usus. MAXIMVS scripsit περὶ τῆς ὑλῆς, quod malorum causa non sit, (adversus Gnosticos;) Heraclius, in Pauli epistolās; Appion et Candidus, in *Hexaemeron* scripserunt.

## §. LXXIV.

Gnostici  
in quibus  
conuene-  
rint, et dif-  
fenserint?

Cum nec *Gnosticorum* supersint libri, nec catholicorum aduersariae scriptiones, *Irenaeo* excepto, nec fidem habere liceat senioribus scriptoribus, qui non raro temere ineptiunt: non caret difficultate ad nos, statuere de *Gnosticorum* doctrina. Praeter ea, quae iam §. 64. summatim collecta occurrunt, haec adhuc obseruare licet. Falluntur, qui sequuntur hac in causa antecedentem gregem eorum, qui, ut maxime possunt, Gnosticos omni infamia largiter afficiunt. Certum autem est, *Gnosticos* oīnōmīcē vīos pro temporis et opinionum modo, non fuisse ex varia plebe, sed homines īgenii exercitio minime delitiosos; atque ex hoc facile intelligitur, qui factum sit, ut variis in sententiis eos fere omnes fuisse, et variarum societatum aut sectarum auētores exstissee, veteres prodant. Τυωσις occupabat ingenii exercitium, atque omnem arbitrandi et decernendi libertatem; seiuncta enim erat a πιστε, a fide, i. est historia, quae hominibus imperfectioribus tantum conueniret. Omnes igitur *Gnostici* in eo fere conuenerunt, 1) quod negabant, libros Iudacorum sacros, esse ingenio πνευ-  
ματικῷ, aut ad τέλειοτητα aliquid conferre, qui potius hominibus σαρκικοῖς apti et destinati sint. Nec Euangelia nec Apostolorum epistles statuebant satis clare instituere aliquem ad perfectionem ἡθικῆν et πνευματικῆν, multum ingenio imperitorum datum esse, ψυχῆς enim fide et historia duci, et sollicitis bene agendi praeceptis emendandos esse. Πνευματικὲς autem, γνῶσμες, omnia salubria ipsos intelligere ex rerum causis, semine et lumine diuino plenos; impropte igitur omnem historiam de Christo, quasi parabolam, μυθον ἡθικον, qua in re Quackerorum non pauci omnino consentiunt,

inter-

interpretari solebant. 2) Statuebant omnes, inde  
a *Simone*, κονογύτα, seu ἀληθεαν Graecis etiam  
et omnibus hominibus κοινη esse, etsi non κατ'  
ἐπιγνωσιν πάντελη. 3) Emendandis ήδετι, fugi-  
endisque peccatis omnes studuerunt, ita ut τελεων  
nomen sibi arrogarint; nec audiendi sunt, qui flagi-  
tiorum consuetudinem Gnosticis et libertatem a legi-  
bus moralibus, quas omnes fustulerint, tribuunt;  
nisi de paucis hominibus nequam, id voluerint in-  
telligi; cum certum sit eos hanc libertatem de legi-  
bus *Iudaicis* et similibus, quae plebem respiciunt,  
intellexisse; eos potius motus etiam animi prauos  
atque omnia παθη, αμαρτιων in numerum retulisse.  
Inde enim multi corporis destinati hostes et aduersa-  
rii facti, *Encratitae*, et matrimonii contemtores.  
Ceterum non est incredibile, eos etiam exercitio-  
rum aut sacramentorum, e. g. ἀπολυτρωσεως se-  
vera instituta, aliorum caussa, qui hoc ingenio ad-  
huc ducerentur, admisisse. 4) Conueniunt in odio  
et contemtu mundi corporei, licet de eius ortu va-  
rias sententias fecuti sunt; inde etiam negarunt Christum  
vera hominis carne seu corpore, vsum, sed  
aut φαντασμα fuisse eius corpus, aut σωμα ψυχι-  
κην ἔσιαν ἔχον, aut aëreum, aëri redditum; et  
eadem caussa carnis resurrectionem (eam, quam  
plerique tum sperabant, vt instantem,) omnes ne-  
garunt. Hunc in errorem eo facilius inciderunt,  
cum ipsi isti autores harum sectarum non intersue-  
rint vitae Iesu, quam in Palaestina egit; atque Iudeo-  
christiani ex resurrectione Christi inuenustam spem  
mille annorum felicissimorum, deriuarent; in quam fe-  
licitatem etiam pii ex mortuis cum Christo reddituri es-  
sent. 5) Consentient in consilio dei, quare Christum  
miserit; vt per eum ψυχας hominum seruarentur;  
σωθιναι intelligentes, partim de expulsa ignorantia  
et inscitia Iudaica, partim de liberatione a vitiorum et

peccatorum consuetudine; exemplo et doctrina Christi σωθῆναι omnes, qui recte intelligere atque imitari eius disciplinam πνευματικὴν studuerint; esse autem Φυσικὴν necessitatem, seu ipsam Φυσικὴν quorundam hominum id secum ferre, ut sequantur πνευματικὰ, quosdam etiam ψυχικῶν tandem se emergere atque redire in πληρῷ, σαρκίς autem nulla ratione emendari, ob vitium ὑλικὸν.

Ceterum variae et diuersae fuerunt illorum sententiae de mundo non adspectabili; perfectissimum αἰώνα, patrem (ceterorum,) τὸν Θεού ἐπὶ πάντων, omnes summo loco a ceteris αἰώνοις distinguebant; eum, cum lubuit, edidisse προβολὰς, quarum nomina vario recensēbant ordine et vario numero. Fuit inter istos etiam λόγος, μονογενὴς &c. (quidam etiam Christum, vel Spiritum Sanctum, ὑποστάσιν ergo, recensēbant,) hos aeonas, Valentinus, in ipsa summa (i. e. essentia) diuinitatis, ut sensus, affectus, et motus incluserat, (sic Tertullianus describit; separatas tamen a suo auctore, cap. 7. aduers. Praxeam;) Ptolemaeus autem, personales substantias extra deum determinatas statuit. Alii subobscurius solebant communisci; tandem, cum aeonum alios ex se edentium esset semper imperfectior conditio, a quibusdam minus perfectis aut corruptis (quidam, ab angelis malis; quos alii septem omnino numerant; Heracleon, et alii a demiurgo,) mundum adspectabilem (imperfectorem) productum; hic quidam difficilem Φυσιολογίαν de elementorum ortu &c. prosecuti sunt. Procrearunt hi mundi opifices in terra etiam homines seu corpora, σωματα ἐν μορφῇ, sed ψυχὴν λογικὴν addere non poterant. Itaque deus, ὁ ἐπὶ πάντων, misetus, ut malum minueret, σπερματα diuinum, ψυχὴν λογικὴν, addidit (itaque quidam duplēcēm ψυχὴν et hominem statuerunt); unde hominum duplex

duplex genus oritur, σαρκινων, et ψυχινων, ex his tandem etiam quidam, qui recte vtuntur suo arbitrio, πνευματικοι, deposita ψυχη, post varias ζωσωματωσις, (has enim quidam admittebant,) euadunt. Iam isti angeli creatum orbem inter se diuiserunt; inde vis astrorum et fatum suos premit; terrae etiam diuisio facta fuit. Angelus, seu deus, (Elohim) cui Iudeorum obtigit prouincia, leges duras atque improbas imposuit et vario terrore suos impleuit, atque operam dedit, vt omnes homines, etiam non Iudacos, sibi et suis legibus subiiceret. Alii, non quidem opifices mundi malos ipsos occupabant, sed interuenisse aliquem malum, τον πονηρον, diabolum &c. Nec enim operaे pretium fuerit, opiniones omnes colligere. Itaque voluit iam pater, vt homines seruarentur; missus fuit igitur λογος, Christus. Hic plerique Gnostici negant nativitatem ex Maria, quia carnem veram negant; sed apparuisse subito Christum, humana in specie, vt nec isti angeli eam rem, quam moliretur, scire atque intelligere possent. Alii vero, Cerinthus certe, qui et ipse non nihil de hac secta traxit, licet cetera Iudeis eximie studeret, et Carpocrates, Iesum non negarunt ex Iosepho progenitum fuisse, verum hominem; ψυχη autem Iesu, (animae enim diu ante corpora exstiterunt,) partim ex pristina διαγωνη μετα τς αγεντας, (cum Patre,) partim ex auxilio virtutis, δυναμεως, quae a Patre descendit in Iesum cum baptizaretur, facile contempsisse cunctas statutorum mundi leges, (Iudaicas sic describunt,) atque cum Iudei, malorum angelorum seu dominorum mundi instinetu, Iesum supplicio mortis afficere vellent, Christum, seu virtutem illum, aiuva illum, secessisse a Iesu, et hunc solum cruci affixum fuisse; quidam Simonem, non vero Iesum, hoc perpetuum esse credebant. Ita omnino

solutum hoc imperium malorum angelorum, et homines ad ignoti antea patris cognitionem adductos fuisse; atque patrem ab omnibus αἰωνι ideo aeternum laudari, sed et hos aeonas quidam, ob beneficij a Christo praestiti societatem, solebant praecepsu cultu honorare, ad quos forte *Paulus* respicit, cum Θρησκείαν ἀγγελῶν reprehendit. *Cerinthus* cum paucis aliis, forte in Palaestina tum versatus, Iudeis adhuc operam dedit; itaque αποκαλυψεις composuit, et απειλων, (si hoc nomen recte habet; f. αποσολων,) διδασκαλιας; ceteri autem omnes *Gnostici* omnino abhorrent ab omni ingenio iudaico in religione, et si nomina hebraica multa componunt, et hoc facile produnt, quod libros sacros fere in numerato habuerint.

### §. LXXV.

**Nicolaitae.**

*Nicolaitas* aliqui veterum quaedam non dissimilia Gnosticis statuisse narrant, in materia seu νῦν αἱματικῶν suam habere rationem, ab illa eos, qui γνώσει studeant, non amplius contami-

**Montani-  
stae.** nari. *Montanistae* a *Montano*, qui e *Phrygiae* confinibus oriundus erat, nominantur; a regione etiam *Phryges*, et ei κατα Φρυγας, dicuntur. Conuenit autem in hoc cum quibusdam *gnosticis*, quod, 1) quemadmodum *Gnosti* omnes matrimonio non fauebant; 2) quemadmodum *Valentiniiani*, praeumptionem suam vocarunt αποκαλυψη, et ingenium suum χαρισμα, (vt *Tertull.* narrat;) atque 3) vltro profitabantur, Apostolos aut ipsos non perfectos fuisse in scientia, aut non omnia explicasse, ob imperitiam auditorum: sic et *Montanus*, (vt et ipse nomen sibi ficeret) ausus est χαρισμα et προφητεια sibi tribuere, quae cum ecclasi coniuncta esse dicebatur. Ipse igitur et *Maximilla* portenderunt de instantे fine, συντελεια (mundi;

auf



aut imperii romani?) opus esse *duri*ori *disciplina* (quod haud dubie verum ex magna parte fuit); per *Paracletum*, qui in Montano admoneat, iam longe instructiores fieri christianos, plura enim et meliora et maiora *Paracletum* protulisse, quam Christum in Euangelio. Huic autem causae praeципue externa exercitia admistae fuerunt, *inedia*, abstinentia a secundo matrimonio. *Tertullianus*, qui et ipse ad *Montani* scholam postea transiit, libro de *virginibus velandis*, de *monogamia*, et aliis in libris, ceterorum catholicorum, (Psychicos appellat,) disciplinam mitiorem vehementer reprehendit. Perierunt libri *prophetici*, qui Montani et prophetarum nomine olim ferebantur. *Thernison*, e catholicō, vinculis magna pecunia redemptis, *Montani* assecuta, *catholica epistola* adiutum iuit prophetae auctoritatem. Fuerunt alii *narrata Proclum*, alii secundum *Aeschinem*; huius sectatores dicuntur Christum filium et patrem statuisse; ut *Hieronymus* loquitur, trinitatem in unius personae angustias cogunt. (Negarint igitur οὐκοσαστι τὰς λογικὰς, ἐνεργειαὶ τὰς θεές reputantes). *Litteras pacis*, quas ante a Romano episcopo acceperant Montanistac, *Victor* reuocauit.

Scriptit contra *Montanistas*, seu τὰς Cata Phrygas, *Soter*, romanus episcopus; *Apollinaris*, hieropol. Episc. aduersus haeresin *Phrygum*; *Miltiades*, μηδεν προφῆτην ἐν ἐντάσει λαλεῖν, *Asterius*, *Urbanus* tribus libris argumenta aduersus Cata Phrygas complexus est; quos alii olim *Apollinari*, *Rhodoni*, *Apollonio* tribuerunt. *Serapion* epistolam scriptit aduersus *Montani* haeresin, ad *Carcicuum* et *Ponticum*, ecclesiasticos, (i. catholicos) viros. *Apollonius* contra Cataphrygas scripserat; eum *Tertullianus*, qui sex libros περὶ ἐκκαστῶν

F 5 edidit,

edidit, septimo refutatum iuit. *Origenes* suo ad hoc tempore non raro eos tangit.

### §. LXXVI.

Haeretici,  
qui negant  
Christum  
Deum.

Quemadmodum extra Palaestinam Gnostici Christum vera humana natura fuisse negarunt, ita contra alii, ex imperitiori et pertinaci plebe, qui huius vitae felicitatem a Christo in Iudeam reddituro sperabant, maxime id tenuerunt, hominem eum omnino fuisse, quippe cum hominibus felicem vitam in Palaestina (per mille annos) acturum. *Ebionitas* primo loco nominant veteres, qui vix videntur a quodam huius nominis homine, sed potius a misera opinionis indole, sic vocati esse ab aduersariis catholicis. Consentiebant catholicis, de creato mundo; de Christo autem *consimiliter* (falso legitur in Irenaeo, *non similiter*) ut *Cerinthus* et *Carpocrates* opinabantur, *Matthaei* (καὶ ἐβέσσις ab Eusebio dicitur, cuius auctores Hebraei sunt, seu *Petrus*; κατὰ Πέτρον enim nominat *Origenes* et *Theodoreetus*;) Euangeli tantum usi; (vide §. 82. Symmachum); Paulum vero, ut legis apostamat, recusantes; *prophetica* curiosus exponere nituntur, et omnino seruant Iudaicum characterem; sic *Irenaeus* descriptit. Negarunt Christum θεὸν λόγον ἐντα καὶ σοφίαν, ut *Eusebius* scribit, quia Iohannis et Lucae Euangeli et Pauli epistolis non vtebantur, quasi non satis abhorrent istae scriptiones a Gnosticorum ingenio. Dicuntur etiam a Christianis aliis et Iudeis, *Nazareni*, quos Hieronymus per totas orientis Synagogas inter Iudeos suo tempore adhuc fuisse, narrat, a Iudeis *Minnim* dicos. Hi *filium dei* credebant Christum seu Iesum illum *Nazarenum*, de Maria natum; quod *Bullus* minus reste eorum sensu auget, qui phrasin, *filius dei* ab aliis, non a Iudeis, explicare didicerunt.

Ex

Ex horum schola etiam extra *Palaestinam* propagata fuit ista haeresis, licet eius ratio, spes illa inuenientior Iudaica, iam sciuncta esset. *Eusebius* lib. 5, 27, ex *anonymo* quodam, (*Caius*, presbytero romano), qui aduersus *Artemonam* scripsit, narrat, *Theodotum* aliquem, coriarium, a *Victore*, episcopo rom. ecclesia (non autem urbe) electum fuisse, ἀρχηγον καὶ πατέρα τούτου της ἀριθμός αὐτοσαῖς, qui Christo humanam tantum naturam, (seruato tamen *Lucae* testimonio, 1, 35, et miraculo,) tribuerit. *Victori* successit *Zephyrinus*, sub annum *Seueri* nonum, squalique secundi finem, qui *Natalem* aliquem episcopum huius coetus, postquam resipuit, in communionem recepit. Hunc *Natalem* menstruo *Salario* 150 denariorum (obseruandum hic est, *Salarium* in sacra societate) *Asclepiodotus* et *Theodotus* alius, argentarius, (discipuli istius *Theodoti*,) eo adduxerant, ut coetui ipsorum episcopum se adiungi pateretur. Igitur *Romeae* isto tempore haeresis illa locum inuenit; obiecerunt autem haereos statores, inde a *Zephyrino* demum hanc veritatem (Christum ψιλον fuisse ἀρχῶν) corruptam fuisse. Certum vero est, vel Gnosticorum scholas antiquissimas huic haeresi *Romeae* adeo, plane fuisse contrarias. Narrat porro, eos temere et varie corrupisse atque interpolasse scripturam sacram, (*εργάδεργάματα*), quasi emendare voluerint loquendi genus; quod plures fecerunt, ob Apostolorum stilum parum venustum) sic, ut *Asclepiodoti* exempla scripta non conueniant cum exemplis *Theodoti*; differant exempla *Hermophili* ab illis *Apollonidis*. Diligenter legebant *Euclidis*, *Aristotelis*, *Theophrasti*, *Galeni* libros; quidam χαρετος nomine ita abusi sunt, ut abiecerint legem et prophetas; vtebantur, (historia enim eos non adiuuabat in hac sententia,) *syllogismis*, aut non esse

vnus



vnum deum, aut hominem esse Christum etc. cuius generis describit *Nouatianus* de trinit. c. 30. *Epiphanius* Theodotianos αποσπασματικού της Αλογύς αἴρετες dicit, quod Nazarenis conuenit. Ceterum obscurior fere est διαδοχὴ horum coetuum; sub initia seculi tertii *Beryllus* simili in errore fuisse dicitur, bostrensis episcopus, statuere ausus, μη προῦφεσαναι (ita *Eusebius* de Ebionitis scribebat, lib. 3, c. 27.) τον σωτῆρα κατ' ἴδιαν ἐσιας περιγραφην, προ της εἰς αὐθεωπές επισήμιας, μηδὲ Θεοτητα idion ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομενην αυτῷ μονην την πατρικην. *Hieronymus* descripsit: lapsus est in haeresin, quae Christum ante incarnationem negat. Atque sic *Epiphanius* narrat (ex συγγεγραμμασι Theodotianorum) ex 5 Mof. 18, 15, eos Christum descriptissime; Θεοτης et δυναμης dei, patris, in Christo, qui subsistebat in ἐσιας ἴδιᾳ hominis, ut in Mose aut prophetis deus olim operabatur. *Origenes* *Beryllum* λογισμω πεισας καὶ αποδεξῃ in viam reduxit; nempe, qui *Iohannis* euangelio non vtebantur, poterant facilius hic errare.

### §. LXXVII.

Alii, qui  
negant  
ὑποστασιν  
ante Ma-  
giam.

*Praxeas* quidam, si *Tertulliano* fidem habemus, *Romam* ex *Asia* veniens, *Paracletum* fugauit et *Patrem* crucifixit; sive, *Victori*, romano ep. persuasit, ut communionem cum *Montanistis* non admitteret, eorum spiritum prophetias reiiceret; filii etiam a patre discriminem υποστασιν tolleret, dei *monarchiam* scil. maxime sic defensurus. Nempe deitatem patris tantum ἐμπολιτευομενην in Christo, et efficientia aliqua patris Iesum imbutum fuisse; (sicut fere Theodotiani Romae statuebant.) *Tertullianus* contra, Montanista, reposuit: unum esse deum, sed hac *oeconomia*, quae unitatem in trinitatem disponit; tres dirigens, *patrem*, *fil.* et *Spir.*

*Spir.* S. tres non statu, sed *gradu*, nec substantia, sed *forma*, nec potestate (quae est vnicā), sed *specie*; in nomine (igitur diuerso) patris, fil. et Spir. S. *deputantur*. In tōt nominib⁹ constituta est dispensatio (*κινούμενη*,) in quō deus voluit. Substantia est sermo — vt res et persona quaedam videri possit, et ita capiat, secundus a deo constitutus, duos efficere, patrem et filium; — nunquam separatus aut aliis a patre, (sicut *Valentinus προβολας* discernit et separat ab auctore) &c. Pater tota substantia est, filius vero deriuatio (*απογένωσις*) totius et portio, sicut ipse profitetur, — pater maior me est. Ex diffīcili ista sedulitate illud colligitur satis certo, *Praxeām*, aut *Romanos* quosdām, nomine *filii carnem* intellexisse seu Iesum hominem, praeter naturam procreatum; *patrem* autem seu eius *δυτερην*, spiritum, *λογον*, in Iesu; *Tertullianus* contra a *Valentini* schola propius abest, praeclit tamē aliis modestiore disciplinam, reiectis infinitis *προβολαις*, solum *λογον* a deo patre, quem prius concipit, productum fuisse, procreandarum ceterarum rerum cauſa. Ex *Asia* cum *Praxeas* Romam haec attulisse dicitur, forte *Epigonus*- *Cleomenes*, et *Callistus*, (quos *Theodoreetus* nominat, cum de *Noeto* narrat) in hoc temporis interualllo recensendi fuerint; siquidem *Noetus*, sec. 3. renouasse *Epigoni*, (qui primus istam sententiam repererit,) doctrinam a *Theodoreto* dicitur. Paullo post *Beryllus*, et *Sabellius* nisi plane eandem, certe simillimam ἐνοιον disseminauit; deum, vnam *ὑποστασιν*, tribus nominib⁹ distingui; de qua cauſa postea, vt plurib⁹ agatur, opportunitas non deerit. De *Praxeā* atque *Noeto*, quod *Eusebius* ne verbo quidem mentionem fecit, iure nostro miramur. *Tertulliani* pleraque scripta potius seculo tertio recensenda esse videntur.

## §. LXXXVIII.



## §. LXXVIII.

Incerta tra-  
ditio dog-  
matica.

Obseruabimus autem per hoc temporis interuallum adhuc ista; I. Mofis libros *aut reiectos* omnino fuisse a Gnosticis, *aut allegorice*, de rebus aliis, οὐδικοίς, explicatos fuisse etiam a catholicis doctoribus; quemadmodum e. c. ἔξαντερον Pantaenus de Christo interpretatus fuit. Igitur mirum non est, de rerum omnium conditione et praeципue de ψάλη, varia opinione locum inuenisse, ex philosophorum scholis. II. Consentunt catholici, (Irenaeus, Tertull. alii) in eo, *filios*, (sub N. T.) longe melius deum et cognoscere et colere, quam seruos, (sub V. T.) deum auxisse et dilatasse omnia naturalia, liberalia et *communia omnium*; fides aucta est, filium dei accipiens; igitur et diligentiam conuersationis auctam esse oportet. III. Ab vtraque parte, et catholicorum et haereticorum, *traditionem* praecipue sequebantur, ab apostolis per successionem presbyterorum custoditam; sed haeretici iactabant *sinceram* veritatem se solos cognoscere, et hac specie κατορθωσεως longe maiorem βλαβην τη σχισματος attulerunt, quam utilitatem ex ista κατορθωσει. Hinc facile patet, nullam superesse παραδοσεως dogmaticae auctoritatem, cum contrariam in partem traditione usi fuerint. Itaque parum utilitatis ex patribus vel antiquissinorum temporum, ad locum dogmaticum, ut eo inter nos usus et opus est, redire poterit, quod attinet ad ενοιων αγριβεσαν. IV. Πατησιος οἰλουληγος catholicorum fuit, εἰς ἑνα Θεον, παντοκρατορα, εἰς τη παντα καὶ εἰς τον οντο τη θεον, δι εἰς τη παντα καὶ εἰς το πνευμα τη θεον, (qui est in omnibus,) praestans agnitionem veritatis, Irenaeus lib. 4. 38. Copiosior formula est lib. 1, c. 2. Ceterum et catholici liberrime ipsi ενοιους has illas coniungebant, ut scripturae sacrae senten-

tias

INV. 24

tiis et rebus ipsis conuenire videbatur; atque hic interpretandi non raro satis inuenusta rudimenta profertur; e. g. *Irenaeus manibus* dei patris, (filium et spiritum S. intelligit) factum esse hominem; suo *plasmati* (corpori humano) vnitus et *consparsus* filius, secundum beneplacitum patris; sicut primi homines non statim intellectum habuerunt *παιδογονίας*, sed oportuit eos *primum adolescere* — *coinfantiatus* est homini filius dei; — si enim homo non vicisset inimicum hominis, *non iuste vietus* esset inimicus hominis; — quid erat, quod moriebatur (Genes. 11, 17)? Utique *carnis substantia*, quae amiserat flatum vitae. Hanc (carnis substantiam) itaque dominus *venit viuificaturus*, ut quemadmodum *in Adam omnes morimur*, ὅτι *Ψυχικοί*: sic ἐν τῷ χειρὶ ζησάμεν, ὅτι πνευματικοί, deponentes non *plasma* (sic semper vocat *corpus*) dei, sed concupiscentias carnis — *τασματαὶ ἡμῶν μεταλαμβάνονται τῆς Εὐχαριστίας* non amplius sunt φθαρτα, ob Spiritum Christi &c. Felicitatem in terris adhuc cum Christo, surgentes a mortuis, nacturos etc. Huius generis similia, saepe eadem et *Clemens alex.* habet; et liberrime *ἐννοούσι* suis dediti sunt scriptores ad exornandam atque illustrandam *παραδοσίαν*. Certum autem est, filium dei, *λόγον*, *en γένει καὶ ὑπόσωσης* distincta a deo seu patre hic semper occupari, ut Gnostici *πρεσβόλας* sic occuparunt, *plasmatiōnēm* autem, siue *σάρκα*, loco animae rationalis *λόγος* hic habuit. V. Videtur apud multos locum habuisse *Aristotelia* de *anima* sententia; quod *anima* sit ἐντελεχεία, itaque si Christus dicitur *σωζειν*, saluare hominem, omnino de emendatione *ὑθίην* intellexerunt. Forte et ideo tam multi *animam* Christo insuisse negarunt, et *λόγον* eius in locum substituerunt.

## §. LXXXI

## §. LXXIX.

Scriptor.  
cathol. sec.  
3. graeci.

Seculo tertio e *graecis* scriptoribus, fuerunt,  
*IUDAS* aliquis, qui de LXX hebdomadibus *Danielis* scripsit, ad *Seueri* annum decimum suppeditans, Antichristum et mundi finem tum instare opinatus. *CAIVS*, romanae ecclesiae presbyter, disputacionem Romae cum *Proclo*, Montanistarum antioste, habuit, et *dialogum* eam complexum edidit; librum contra *Artemonis* (et *Theodoti*, addit *Theodoreto*) haeresin, qui videtur et *labyrinthi* nomine citari, περὶ τῆς παντὸς ἀστίας, (contra Gnosticos). *ALEXANDER*, hierosolym. episcopus, *bibliothecam* ibi collegit; scripsit plures epistolas; (ad *Antinoitas*; *Antiochenos*; ad *Origenem*; ad *Demetrium*, alex. in causa Origenis). *HIPPOLYTUS*, episcopus incertae ecclesiae, incertus etiam multarum scriptiorum auctor; licet in laterculo marmoreo prope Romanam inuenito, videantur designatae esse. Certiora fere sunt, commentarii, aut *Homiliae*, aut scholia, in libros Mosis, (σποράδη certe); de ἔγγαρξμαθῷ, in *Psalmos*, in *Cantica*, prouerbia, Ecclesiasten, Zachariam, in capita quaedam Ezechielis, in *Danielēm*, (quingentesimo post Christum anno mundi finem fore, Photio teste, putauerat; tum enim sex mille mundi annos finire); *Homilias* in partes Euangeliorum. Contra omnes haereses, numero 32, a *Dositheanis* (inter Samaritas) vsque ad *Noetianos*, *Irenaei* plerumque rationibus vsus. Sed vel in his vindentur esse, quae falso *Hippolyti* nomen habent; sicut alia, διδασκαλία Ἰππολύτου, (traditio Apostolica), περὶ χαριτωτῶν, (pars forte διδασκαλίας) ποθεν τὸ κακόν; de consummatione mundi; *Homilia de deo trino*; et vno; de theologia et *In carnatione contra Beronem* et *Heliconem haereticos*,

(ignotos)



(ignotos omnino) demonstratio contra Iudeos, ferruntur adhuc alia. **AMMONIUS**, alex. Saccas, *de consensu Mosis et Iesu*, (contra Gnosticos); *Monotessaron*, seu Harmonia Euangeliorum. Sex. **IUL. AFRICANVS**, libros 5 χρονογραφias scripsit, in quibus multa utilia collecta fuerunt; epistola ad Aristidem, de dissensione, quae videtur esse in *Matthaei* et *Lucae* recensione genealogiae Christi; epist. ad Origenem, de historia *Susanna*, (eam reicit); **ORIGENES**, alex. *Romae* sub *Zephyrino* episcopo fuit; eruditione omnes sui temporis christianos antecessit. Scripsit fere in omnes sacros libros vtriusque foederis, partim *commentarios* aut tomos; partim *homiliae*, partim *scholia*, in istis ingenio suo locum fecit (§. XXII.); in homiliis, ad populum se demisit, scholiis, breuius sensum litteralem illustravit. Supersunt multa in V. T. ex *Ruffini* translatione; quaedam ipse *Hieronymus*, pauca *Hilarius*, ad N. T. autem quaedam *Hieronymus* transtulit, alia *Ruffinus*, alia incerti auctores. Non paucae *Homiliae* falso *Origeni* tribuuntur. Immista sunt istis multa dogmatica, ut eo tempore solebat fieri. Praecipue autem huius generis sunt, libri 4. περὶ ἀγχώνων, a *Ruffino* et aliis interpolati; liberissimi ingenii; de oratione liber; perierunt autem, (vt pleraque exegetica,) libri 10 σεμιναρεῶν, lib. 2. de resurrectione, et multae epistolae. *Philocaliam* collegerunt *Basilius* et *Gregorius*. Falso autem nomen *Origenis* ferunt, dialogus contra *Marcionitas*; philosophumena; multae *Homiliae* (in *Iobum* libri 3 commentar. *Scholia*, *Perionio* interprete; Homiliae 4; Homiliae 9 in diuersos, et decima, de Maria Magdalena; in *latina* editione.). **TRYPHON**, *Origenis* discipulus, de *Vacca rufa*; de *dichotomematisbus*, quae cum columba et turtule Abrahami ponuntur in *Genesi*. **Firmilianus**,

G

caesar.

caesar. cappad. episc. dogmate de *rebaptizandis*  
 haereticis, (de qua causa exstat ipsius epistola apud  
*Cyprianum*) et negotiis contra Paulum Samosat.  
 clarus; NEPOS, episcopus in Aegypto, promissio-  
 nes et praecipue *Apocalypsin* Iudaico sensu intel-  
 lexit, mille annorum regnum felix in terris post re-  
 surrectionem exspectauit, libro, ἐλεγχος ἀλη-  
 γορισων, hanc spem defendit; etiam hymnos com-  
 posuit. DIONYSIVS, alex. episc. libros 2 de  
*promissionibus*, aduersus Nepotem; ad *Dionysium*  
 rom. ep. aduersus *Sabellium*, libri seu epistolae 4.  
 Liber ad *Timotheum*, περὶ Φυσεῶς; comment.  
 in ecclesiasten; de poenitentia (ecclesiastica)  
 ad *Cononem*, episcopum Hermopolitanum.  
 Epistolae ad multos episcopos, Romanos, et  
 alios; ad *Nouatianum*, de schismate; aliquot  
 epistolas de *baptismo*, ad *Stephanum*, ad  
*Sixtum*, episc. rom. ad *Philemonem*, et *Dio-*  
*nysium*, presbyteros rom. de *baptismo*, (in cau-  
 fa haereticorum); quae autem ad *Paulum Samosat*,  
 pertinent, falso eius nomine feruntur. STEPHAN-  
 IVS, rom. ep. videtur graece scripsisse, epist. ad  
 orientales contra *Helenum* et *Firmilianum*; latine  
 alteram scripsit ad *Cyprianum*, contra rebaptiza-  
 tionem haeret. *Gregorii*, thaumaturgi, nomine  
 olim multa falso ferebantur, praecipue breuis *expo-*  
*sitio fidei*, quam ipsa Maria et Iohannes ei dederint.  
*Dionysius*, romanus ep. ad alex. *Dionysium* epi-  
 stolam contra *Sabellii* ἐνθάδε scripsit. *Malchionis*,  
 presbyteri antioch. et rhetorices professoris,  
 disputatio cum *Paulo Samosateno*, Hieronymi tem-  
 pore adhuc exstitit. ARCHELAVS, episcopus in  
*Caspar*, historiam disputationis cum *Manete*, et  
 epistolam ad *Diodorum*, presbyterum, syriace  
 scripsisse dicitur; graece iam Hieronymus legit,  
 sed

sed satis incertae originis. *Pierius*, scholae alex. catecheticae antistes; in *Lucae Euangelium*; in 1. ad *Corinthios*; 12 λογισ, in quibus πολλα ἔξω τῶν νυν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθεδρικῶν ἀρχαιοτρόπων ἴσως αποφανεται, (iudice Photio,) tractatus copiosus in *Hoseam*. *Theognostus*, Alexandr. Ἐγγύητης, libros hypotyposeon septem (1. de deo patre; 2. necesse esse, filium patri esse, qui λογινοῖς praesit. 3. spiritum S. esse, similiter. 4. De angelis et daemonibus. 5. 6. De incarnatione, cuius λογισ reperire ausus est. 7. De creatione.) in quibus *Origenem* secutus est. *METHODIVS*, celebre nomen sed non sine discriminē aut suspicio- ne; dialogus de resurrectione, (scripsit et Hippolytus) contra *Origenem*; commentarii in *Genesim*, aut excerpta περὶ τῶν γενητῶν; in cantica; de ἐγγαγγειμαθῷ, (vt Hippolytus) ποθεν τὰ κακά, (Hippol.); συμποσιον, decem virginum; dialogus Σενῶν, quo ad laudes *Origenis* rediit; contra *Porphyrium* decem millia versuum. *Reuelationes* (de antichristo, vt Hippol.) omnino sunt seniorum temporum. *PAMPHILVS*, presbyter caesar. pa- laest. Eusebii amicus praecipuus, Apologiam pro *Origene* libris 5 cum *Eusebio* scripsit; sextum *Eusebius* addidit. *Lucianus*, Antioch. presbyter, quo *Eusebius* nicom. *Maris*, chalced. *Theognis*, niceen. et alii (*συλλαγματισαι*) *ariani*, magistro vi- fuerunt, operam in meliorem ἐκδοσῶν τῶν LXX im- pendit, quae *Luciane* dici solebat, (idem et *Euangeliis*, nisi ceteris etiam libris N. T. fecit); libellum de fide conscripsit, quem postea anno 341 in Synodo *Antioch.* confirmarunt.

### §. LXXX.

Inter latinos a fine sec. secundi eminet **T E R-**  
**TULLIANVS**, carthag. eccles. presbyter, tandem, **Latini ec-**  
*clesiastici.*

inuidia et contumeliis clericorum rom. eccl<sup>e</sup>. ad Montani partes transiit. Hic vel solus e *latinis*, eruditione, ingenii facultate et libertate, cum *Origene* comparandus est. De *baptismo*; Quintilla quaedam scribendi occasionem suppeditauit, *Caianam* professa haeresin, (*gnosticam*); *Scorpiae*, (*in martyrii contemtores, gnosticos,*) Aduersus *Marcionem*, libri V; de *praescriptione haereticorum*; aduersus *Hermogenem*; de *carne Christi*; de *resurrectione carnis*; Aduersus *Valentinianos*; de *Oratione* (*in orat. dominicam*); de *poenitentia*; *apologeticus*, aduersus gentes; libri 2 ad *nationes*, (*apologeticus est fere melior huius scriptio-*nis reensio. Ad *Scapulam Africae proconsulem*, in *christianos saeuientem*; de *idolatria*; ad *Martyres*; de *patientia*, de *fuga in persecutione*; de *testimonio animae*; de *pudicitia*; de *ieiuniis*; de *monogamia*; de *spectaculis*; libri 2 de *cultu feminarum*; de *habitu mulierum* libri 2 ad *uxorem*; de *virginibus velandis*; de *exhortatione castitatis*; de *corona militis*; de *Pallio*. Pleraeque istae scriptiones post transitum ad *Montanistas* reiiciendae sunt; impotentis argumenti, quaedam etiam παραδοξῶν plena. Aliae autem perierunt, de *paradiso*; de *spe fidelium*; de *ecstasi* libri 7. Aduersus *Apelleianos*; de *vestibus Aaron*; non raro hic scriptor etiam meminit, graece se de hoc illo arguento iam scripsisse; ut suspicio fere sit, aliquid monstri subesse. *Tertulliani* non est, *appendix* ad librum de *praescriptione*; nec *poe-*  
*mata illa, Genes<sup>i</sup>, Sodoma*, aduersus *Marcionem* libri 5; de *iudicio dei*; carmen ad *Senatorem* (*Apo-*  
*statam*); de *Iona et Ninive*. Ceterum in *Tertulliani* scriptis παραδοξῶν multa est copia, quae cum fuerint coniuncta cum sententiis christianis, facile patet, parum commendabilem ad nos esse omnis huius ἐννοιας ratio-

rationiem. Non omissus AGRIPPINVS, episcopvs carthag. concilio 70 episcoporum celebris, quo re-baptizatio haereticorum confirmata est. CYPRIANVS, a Caecilio, presbytero carthag. ad sacra christiana translatus, biennio fere post episcopus carthag. Libellus ad *Donatum*, ex oratore christianum; de *idolorum vanitate*; *testimoniorum* aduersus Iudeos, ad Quirinum, libri 3; de habitu virginium; de vnitate ecclesiae, (de simplicitate praelatorum) de lapsis; de oratione dominica; de mortalitate (peste), exhortatio ad martyrium; liber ad *Deme-trianum* (pro defensione christianorum); de opere et eleemosynis; de bono patientiae; de Zelo et liuore. E quibus scriptioribus quaedam non sunt extra dubitationem; in aliis multa ex *Tertulliano*, et *Minutio*, compilantur; pauca autem insunt dogmatica, inter multa inuenusta. Inter multas numero epistolas eminent illae, quae *Romam* missae sunt; quaedam contra impotentem superbiam romani episcopi fortissime loquuntur; aliae de ecclesiae statu et historia externa non nihil produnt; ad *Fidum* ep. παιδοβαπτισμον firmat. Multae aliae scriptio-nes falso olim *Cypriani* nomen praese tulerunt, quae debentur auctotoribus post seculum 8, de cardinalibus Christi operibus (est *Arnoldi*, abb. bonae vallis) de aleotoribus; de montibus Sina et Sion, contra Iudeos; de singularitate clericorum; in Symbolum expositi (est *Rufini*) &c. De quibusdam quidam sentiebant esse *Cypriani*: de spectaculis, de disciplina et bono pudicitiae; de laude martyrii, ad Moysen et Maximum; ad *Nouatinum*, quod lapsis spes veniae non sit deneganda; de *Pascha*, computus (satis vetustus); Tironis et Senecae *notas* a Cypriano locupletatas volunt iis vocabulis, quae ad christianorum res pertinebant. *Poenitentia seu confessio*, incertum est, ad quem refe-

renda sit; cum de *Antiocheno aliquo Cypriano*, quem quidam volunt a *Gregorio Nazianz.* orat. 18 tangi, nihil constet. CORNELIVS, episc. rom. plures epistolas scripsit; supersunt duae inter *Cyprianicas*; quatuor ad *Fabium*, (*Flavianum* alii) antiochenum episc. commemoravit *Eusebius*. Univera haec de baptismo haereticorum disputatio, quod ad *Africanos* attinet auctores, (quibuscum *Dionysius*, alex. et *Firmilianus*, cappadoc. episc. idem senserunt,) occupauit iam quasdam *orthodoxeis* dogmaticas parum sanas. NOVATIANVS, rom. presbyter, a *Cornelio* et *Cypriano* secessit, a suis partibus, quae non exiguae erant, episcopus et ipse designatus. Ante schisma epistolam cleri romani nomine ad *Cyprianum* scripsit; senior videtur eius liber, de *Trinitate*, quem olim *Tertulliano* aut *Cypriano* alii tribuerunt: *de cibis iudaicis epistola*, videtur huius eiusdem esse auctoris. Perierunt autem scriptiones, de *Pascha*; de *sabbato*; de *sacerdote*; de *oratione* (nisi sit *Tertulliani* idem ille libellus) de animalibus mundis et immundis (non differre videtur ab epistola, de cibis iudaicis) de circumcisione (inter *Hieronymiana*, *de vera circumcisione*, forte idem?) de instantia, de *Attalo* (videtur corruptius haec sic legi.) ANONYMUS auctor de baptismo non iterando; episcopus incerti loci, inter *Cypriani* opera edi solitus. VICTORINUS, pietav. episc. scripsit in *Genesin*, *Exodus*, *Leuiticum*, *Iesaiam*, *Ezechiem*, *Habacuc*, *Ecclesiasten*, *canticum cantic. Apocalypsin*, (millenariorum ad sententiam, ut *Hieronymus* narrat; quod tamen non reperimus in eo commentario in *Apocal.* qui hodie *Victorini* nomine fertur,) in *Matthaeum*. *De Fabrica mundi*, edidit *Cave*; in qua scriptione de numero septenario multa comminiscitur.

§. LXXXI.



## §. LXXXI.

*Symmachus*, gente Samaritanus praeter versionem V. T. (ad Ebionitarum haeresin defendendam destinatam,) commentarios, *ὑπομνηστας*, sec. 3. Aliarum opinionum autores scripsit; quibus, *Matthaei Euangelio* usus, istam opinionem praecipue propugnasse dicitur, (sic omnino *Eusebii hist. eccl. lib. 6. c. 17* verba interpre tanda, *οις προς το κατα Ματθαιον αποτελομενος εναγγελιον, την δεδηλωμενην αερον δοκει πρεστιγενεν.*) *Nepos*, aegypti episcopus, *ἐλεγχον ἀλληγοριῶν* scripsit, proprie *promissiones* in V. T. et *Apocalypsin* cum Iudaizantibus interpretatus; quem eius librum multi isto tempore scriptis Apostolorum praeposuerunt. *Hieracas* contra, et ipse Aegyptius, ab eruditione laudatus, allegoriis dedit operam, in *Hexaemeron* et alias scripturae partes; seuerioris vitae et *παραδοξων* quorumdam auctor. *Paulus*, Samosatis oriundus, ad antiochenae eccles. episcopatum a *Zenobia* regina promotus, *λογις προς Σαβειανον* scripsit, hymnos et psalmos; sed vix aliquod fragmentum superest. *Manes*, generis Persa, *Scythiani* cuiusdam (gnosticis fere) libris, qui ad *Terebinthum* peruenerant, usus, (*Euangelium vitae, capita, mysteria, contra legem et prophetas, thesaurus vitae, e cuius libro 7 Augustinus aliquid allegat.*) scripsit et ipse de *Astrologia*, (*Epiphanius inde fragmentum adfert;*) et multas *epistolas*, e quibus forte illa, *Fundamenti*, contra quam *Augustinus* scripsit; ferebantur et aliae a Manichaeis scriptiones; Euangeliū *κατα Θωμαν*, discipulus fuerat *Thomas Manichaei*; Euangeliū *Philippi*, Acta Andreæ; liber *Addae*, *Modioν* inscriptus; quem *Titus*, bostrensis, et *Diodorus*, tarsensis, refutarunt. *Adimanti* liber, (contra quem *Augustinus*) aduersus veteris testamenti libros;

*Aristocriti θεοτοξικα*, qui νονογνητα defendit, esse eamdem sententiam Iudeorum, gentilium, christianorum, Manichaeorum. Per hoc temporis intervallum, quod ad initia seculi quarti porrigitur, et si non desunt episcoporum et presbyterorum, idem statuentium, comitia, in causa baptismi, lapsorum recipiendorum, et contra Paulum Samosatenum, numquam tamen contra *Gnosticos* (aut Manichaeos,) adhuc in concilio quodam actum fuit; quia nihil potestatis in sectam a ceteris ecclesiis seiunctam, adhuc competebat.

### §. LXXXII.

Catholici script.graec. ci sec. 4. Seculo quarto inter catholicos celebrantur, *Petrus*, alex. episc. e cuius de *poenitentia* libro supersunt canones 15, quibus parum inest ingenii christiani; liber de *diuinitate* perii; pauca fragmenta occurunt in conciliis; *Alexander*, episc. alex. quem *ariana* causa celebravit, epistolas plures, numero LXX, de hac causa scripsisse dicitur; e quibus supereft illa, ad *Alexandrum*, constantinop. (sita tamen satis placet,) et *encyclica*, ad omnes episcopos; item ad presbyteros et diaconos *Alexandriae* et *Mareotidis*, de *Arii* depositione. *Eusebius* caesariensis, in palaestina episcopus, inter *Arianos* et vehementiores *omostiasas* fere medius; eruditione et diligentia plurimos vtriusque partis post se reliquit. Praeter *histor. ecclasiasticam*, (cuius libro 8 additur, de martyribus Palaestinae,) *chro-nicon*, de *locis hebraicis*, et libros de *praeparat.* et *demonstracione Evangelica*, (quas scriptiones iam commemorauimus p. 68) huc praecipue pertinet, libellus contra *Hieroclem* seu contra *Apollonii* dogma de fato; *Hierocles* duobus libris, quos *φιλαδη-**φεις* inscriperat, *Apollonium*, *Tyanaeum*, cum Christo comparauerat. Contra *Marcellum*, ancy-

rapum,



ranum, libri 2, Synodi iussu scripti; contra eundem libri 3, de *ecclesiastica Theologia* (quinque hi libri adiecti sunt edit, de praeparat. Euang. *Paris*, 1628. fol. Epistola ad *Caesarienses*, de symbolo nicaeno; idem *Eusebius* auctor videtur *sermonis in dedicatione eccles. Tyri*, a *Paulino* episcopo aedificatae. Ex eo sermone quaedam ad historiam dogmaticam colliguntur. *Expositio in canticum cantic.* admisit tamen etiam aliorum expositionibus; *commentarii in Psalmos*, in *Iesaiam*; *canones X* Euangeliorum; *apologiae pro Origene*, lib. 1. a *Rufino* translatus. *Oratio de laudibus Constantini*; de vita *Constantini* lib. 4. Nondum Iucem viderunt, libri 4. eclogarum *propheticarum* de Christo, de quibus *Euseb.* hist. eccles. 1, 2. ipse loquitur. *Perierunt autem*, quidam libri operis de *praepar.* Euangel. et de *demonstratione* Euangel. (nisi ad hoc forte pertineant isti 4 libri Eclogarum.) Contra *Porphyrium* libri 25; *Commentarius in primam epist. ad Corinth.* περὶ Δεσμῶν lib. 5; de vita *Pamphili*, libri 3; quidam libri *Apolo-giae pro Origene*; ἐλεγχός κατ’ ἀπολογίας λόγων duo, quibus obiectiones graecorum contra religionem christianam refutabantur. Multae epistolae quod interciderunt, dolendum est; *Homiliae* non paucas olim ad hunc *Eusebium* retulerunt, cum ad alios huius nominis referenda sint. Incertum satis est, utrum *Eustathius* antioch. episc. auctor sit *commentarii in Hexaëmeron*; de ἑγγαγέμων, contra *Origenem* (*Methodius*, *Hippolytus* similiter). Ex sermone in *Proverb.* 8, ἐπιτοε με, supersunt fragmenta; etiam ex libro de *anima*, atque in aliquot *Psalmos* (nisi *Methodii* et *Eustathii* nomen alicubi confusum fuit). **JACORVS**, nisibis, patria ei haec vrbs, episcop. *Syriace* multo olim scripsit; e latina translatione (quam *graeca*

haud dubie praecessit), *Gennadii* commemorat opus XXVI libros complexum; *de fide*, contra omnes haereses; *de caritate generali*; *dilectione erga proximum*; *de iejunio*, *oratione*, *resurrectione*, *vita post mortem*; *humilitate*, *patientia*, *poenitentia* (et) *satisfactione*; *de virginitate*; *de sensu animae*; *circumcisione*, *de azymo* (*acino*, alii) *benedicto*; *pro quo in Esaia legitur*, non est exterminandus botrus; *de Christo*, quod filius dei sit, et *consubstantialis patri*; *de castitate*; *aduersus gentes*; *de constructione tabernaculi*; *de gentium conuersione*; *de regno persarum*; *de persecutione Christianorum*; *Chronicon*; *contra eos*, (millenarios) qui *prae-sumtuosa suspicione de aduentu Christi* (alii, Antichristi) vel domini nostri inaniter philosophantur. Haec *Gennadius*; *Assemani* autem tom. primo biblioth. orient. p. 557. e codice armeno ista descripsit; tractatus (ad S. Gregorium armeniae illuminatorem) in capitulo 18 diuisus: *de fide*; *de caritate*; *de iejunio*; *de oratione*; *de pugna spirituali*; *de pietate*; *de poenitentia*; *resurrectione mortuorum*, *humilitate*; *de pastorum officiis*; *de circumcisione*, *aduersus Iudeos*; *de Sabbato*, *contra eosdem*; *de delectu ciborum*; *de paschate*; *de gentium electione et Iudeorum reprobatione*; *Christum esse filium Dei*, *de virginitate et castitate*; *aduersus Iudeos*, qui Messiam exspectant, ut eorum dispersionem colligat. *Serapion*, αρχιεπίσκοπος olim, post Thmuitarum episcopus, cui *Athanasius*, ob eruditionem, vel scripta sua corrigenda submisit, scripsérat *epistolás variás*; *de Psalmorum titulis*; *contra Manichaeos*, qui liber supereſt. *Athanasius*, alex. episc. rebus contra *Arianos* aut gestis aut susceptis celeberrimus; scriptis tamen minus laudis in hac cauſa ipſe meruit, licet multi libri olim *Athanasi* nomine solerent imponere. Insunt autem operibus *Athanasi* multae scri-

scriptiones, minus certae. Praeter plures epistolas, quae aut ad ipsius historiam, apologiam, ad Synodos aut ad *Arianos* pertinent, *Orationes* 4 aduersus *Arianos*; epistolae 4 ad *Serapionem de Spiritu Sancto*; libri 2 contra *Apollinarium*, de fide *λογος* brevior, in genere dogmatico eminent. Ad *exegetica* referenda sunt varia *fragmenta*, e *catechisis* graecis collecta, et expositio in *Psalmos*. Incerta fere sunt, de vita *Antonii*; oratio de *incarnatione*; liber de *trinitate* et *Spiritu Sancto*, (qui latine exstat;) de *incarnatione* verbi, scriptio brevis; *testimonia* e scriptura sacra, de trinitate (ad spuria possunt omnino referri); contra hypocrisin *Melletii* et *Eusebii*, famosat.; *Synopsis* SS. Cianioris scriptoris, et minores alii libelli. *Spuria* omnino sunt, disputatio in concilio nicaeno; sermo contra omnes haereses; liber de definitionibus; *quaestionum* variarum aliquot farragines; *Syntagma doctrinae* (monasticae) ad clericos et laicos; homiliae et sermones aliquot; *dialogi* 5 de trinitate dial. 2. contra *Macedonianos*, (*Theodorito* aut *Maximo* alii tribuant hos 7 dialogi) de trinitate, latinae graecaeque scriptiones fatis inuicustae. Symbolum illud celeberrimum (quicunque vult &c.) falso *Athanasiu* nomine vitatur; licet non satis de *latino* auctore constet. Satis pauca videtur ipse *Athanasius* scripsisse. Similis fere fraus olim nomine *Iulii*, rom. episc. qui *Athanasii* patronus fuit, non paucos scriptores alios fecellit; vt, epistola *Iulii* ad *Dionys.* corinth. de *incarnatione*, (cum sit ipsius *Apollinaris*) et alia *Iulii* nomine actis Ephesinae Synodi inserta, (quae est *Timothei*, *Apollinarista*). Feruntur adhuc in *Athanasii* apologiis, 5 epistolae *Iulii*. De qua fraude queruntur monachi Palaestinae ap. *Eusagrium* hist. eccl. lib. 3. c. 31. Itaque et hoc aut sequ. seculo *Dionysii*, Arcopagitae nomine suggestae sunt maltae scri-

scriptiones, alexandrino ingenio plenaæ; de *caelestis Hierarchia*; de *diuinis nominibus*; de *ecclesiastica Hierarchia*; de *mystica Theologia*; epistolæ 4 ad *Caium*; epistola ad *Dorotheum*; *Sopipatrum*; *Polycarpum*; *Demophilum*; ad *Titum*, ad *Iohannem*, Euangelistam; (alia, ad *Apollophanem*, e *latina versione superest.*) Plurium adhuc libellorum meminit hic auctor, de *Theologia symbolica*; de *anima*; *υποτυπωσις* theologicae; de hymnis diuinis, de iis, quae intelligentia et sensu percipiuntur &c. Iti libri a seculo sexto satis celebres sunt.

*Antonii*, monachorum patris, olim epistolæ et scriptiones quaedam ferebantur, ex *aegyptiaca* in graecam linguam translatae; sed, qui supersunt, *sermonum libri duo*, et opuscula ab *Abrah. Eccheliensi* ex arabico latine edita, minime huius sunt auctoris. *Triphyllius*, Ledrorum, in Cypro insula, episcopus, in *canticum canticorum* commentarios scripserat. In Aegypto, *Pachomius*, fundator coenobiorum, epistolas quinque scripserat, monasticae religioni proprias; *Theodorus*, eius successor, tres epistolas exhortatorias ad monasteria; *Oresensis*, utriusque collega, scripserat librum totius monasticae disciplinae instrumentis constructum, in quo paene totum V. et N. T. compendiosis dissertationibus, ad monachorum necessitatem, expositum fuit. *Cyrillus*, hierosolym. episc. auctor, (de quo tamen non omnino constat,) catecheseon 18 ad competentes, quibus *Symbolum* explicatur; et catecheseon quinque *mystagogicarum*, de baptismo et sacra coena. *Marci*, diadochi, episcop. aegyptii, oratio contra *Arianos* superest, a *Wetstenio* edita cum *Origene* de oratione dominica. *Meletii*, antioch. sermo in *Proverb. 8.* apud *Epiphanius* haeres. 73 fere describitur. *Titus*, bostrensis episc. contra *Manichaeos* scriptus; tres libri supersunt; com-

mentarium in Euang. *Lucae*, qui ex aliis scriptoribus auctus supereft; meminit etiam commentarii sui in *Matthaeum*. *Epiphanius*, e palaestina, inter gnosticos in Aegypto versatus, ex monacho tandem *Salaminae*, in Cypro, episcopus, litibus cum *Iohanne Hierosolym.* episcopo celebratus, scripsit *Ancoratum*, seu de *Fide*; *Panarium*, aduersus haereses LXXX; *Anacephalaeosin*, seu epitomen illius; epistola ad *Iohannem*, Hierosol. et *Hieronymum*, latine exstat ex versione Hieronymi. Aliae scriptiones intercederunt; aliae falso aut minus certo eius nomine feruntur. *Ephraem*, Syrus, *Edessae* diaconus, innumeris fere scriptiones reliquit, quarum multae Syriacae, multae graecae, ad nos venerunt. Inter eas sunt *expositiones* in plerosque libros V. T. Syriacae; *morales libelli* et *sermones* numero multi, plerique monachis et ascetis destinati; quaedam scriptiones contra *Gentiles*, *Iudeos*, *Manichaeum*, *Bardesanem*, *Marcionem*, *Ophitas*; contra impietatem *Iuliani*, (vt narrat *Hebed Iesu*.) E græcis multa etiam *Macarii* et aliorum ascetarum nomine alibi reperiuntur. *Basilius*, quem *magnum* solent dicere, sub *Libanio* Antiochiae, sub aliis alibi, atque *Athenis* sub *Himerio* et *Prohaeresio* litteris operatus, *Cæsariae* in Cappadocia episcopus; reliquit *Homilias* in *Hexaëmeron*, iam antiquitus latine versas; *Homilias* in aliquot Psalmos; homilias plures variis argumenti (in *Præverb.* 8. in *Ioh.* 1, 1. contra haereticos quosdam; de libero arbitrio &c.) libros 2 de baptismo; aduersus *Eunomium* libros tres, aut quinque; de Spiritu S. ad *Amphilochium*; *ascetica*, (capitula moralia 80; de institutione monachorum; regulæ monasticae breuiores 313 et fusiores 55) *Epistolas* numero supra CCCC, quas intersunt quaedam dogmaticae. Minus certae fidei sunt,

com-

commentarii in *Iesaiæ* capita priora XVI. *Litur-*  
*gia*, (interpolata hodie); sermones quidam; epistolæ  
 quaedam, (inter *Cotelerii* Monumenta eccles. grae-  
 cæ). Serius *Simeon*, logotheta et magister dictus, ser-  
 mones 24 ex Basiliæ operibus concessit. *Grego-*  
*rius*, Basiliæ frater, *nysseæ* episcopus, *Theosebiae*  
 maritus; scripsit in *Hexaemeron* (supplementum  
 in *Basiliæ* scriptionem), de hominis opificio; de  
 vita *Mosis*, seu vita perfecta; in *Psalmorum* inscrip-  
 tiones; *Homilias* in *Ecclesiasten*, in canticum  
 canticor. In orationem *dominicam*; et alias argu-  
 menti ethici, et dogmatici, (non differendum esse  
*baptismum*; in 1 Cor. 15.) Ex aliis dogmaticis  
 tractatibus eminent, lib. 13 (alii 12 numerant,  
 quinto diuiso) contra *Eunomium*; contra *Apollini-*  
*narem*; (praeterea, *Antirrheticum*, aduersus  
 Apollinarem, *Zacagnius* edidit;) contra *fatum*;  
 de communib[us] notionibus, contra graecos; de  
*anima*; *λόγος κατηχύτινος*, cui in fine quaedam  
 aliena adiuncta sunt; dialogus de anima et resurrec-  
 tione; Epistolæ aliquot, e. g. de iis, qui adeunt *Hie-*  
*rosolymam* &c. alias non inanes, edidit *Zacagnius*.  
 In his cunctis scriptionibus, reperiendis rationibus et  
 λόγοις studet, atque liberrime sentit, ita ut quidam  
 haereticorum manibus quaedam inserta esse putarint,  
 quod tamen facilius singi, quam confirmari potest.  
 Olim quaedam *Asterii*, *Amaseni*, *Basiliæ* et *Ne-*  
*mesci*, falso *Gregorio* adscribabantur; nec testimo-  
 nia ex V. T. contra Iudeos de trinitate, licet grae-  
 ca iam protulerit *Zacagnius*, sunt huius scriptoris.  
*Petrum*, *Basiliæ* et *Gregorii* fratrem aliquid scri-  
 plisse, quod commemorare sit operæ pretium, non  
 constat. *Gregorius*, *Nazianzi* Ep. Basilio ami-  
 cissimus, quem dicendi genere praestare et *Basilio*  
 et *Apollinari* iam olim solebant autumare; *Iso-  
 cratis* imitatorem. Inter plures orationes parum  
 emi-

AD LIBER. ERVDIT. THEOLOGIC. III

eminent *inuestiuæ* in Julianum; nec e *laudatoriis* proficimus. E ceteris autem praestant orationes 5 de Theologia, siue aduersus *Eunomianos*, et illae de pace; in laudem *Heronis*, aut *Maximi*; de moderatione in disputationibus; de dogmate et constitutionibus episcoporum; ad *Euagrium*, de diuinitate. In nativitatem et Baptismum Christi; in *Pascha*; epistolæ ad *Cledonium*, contra Apollinarium. Eius esse non videntur, tractatus *de fide* orat. 47. 49. 50. 51. Ex antiquioribus non pauci graecis scholiis *Gregorium* illustrarunt. *Nonnus*, *Maximus*, *Basilius* quidam seculi 10 forte; *Psellus*, *Nicetas*, *Elias*, cretensis, (seculi 12). *Poemata*, olim forte quam hodie utiliora, multa reliquit. Inter epistolas paucae occurrunt lectu dignæ. Huius Gregorii frater *Caesarius*, qui sub *Iuliano* adhuc rebus publicis praefuit, falso auctor *dialogorum* habitus fuit. *Amphilochius*, *Iconii* ep. (Sidenis Synodi contra *Messalianos* praeses) scripserat contra *Messalianos*, de Spiritu Sancto, quod deus sit; orationes et scriptiones plures dogmatici generis; quae autem adhuc eius nomine servantur, eius nec temporis nec honoris sunt. *Diodymus*, alexandrinarum scholarum *Antistes*, *Rufini* et *Hieronymi* praeceptor; auctor libri de *Spiritu S.* (ex *Hieronymi* versione supereft) breuis commentarii in epistolas canonicas; aduersus *manichaeos*; perierunt commentarii in *Iobum*, *Psalmos*, *Proverbia*, in partem Iesaiæ posteriorem; in *Hoseam*, *Zacharium*; in Euangeliū Matthæi, Iohannis (ex quibus partim in catenis fragmenta non pauca supersunt, partim *Hieronymus* et alii profecerunt;) de trinitate, contra Arianos, commentarii in libros περὶ αἰγάλων, ad defensionem *Ori- genis*; plura etiam alia. *Asceticae* multæ scriptio- nes *Macarii* alex. nomine ferebantur, (*Homiliae* et



et opuscula) sed consuta ista sunt ex aliis, atque vtraque in vtrisque fere redeunt, mutatis phrasibus paucis; monastico fere ingenio subfanatico constant. *Diodorus*, e μωναχούσι olim praefide *Tarsensis* episcopus, *Nestorii* praceptor. Scripsit contra οὐρανιαστάς, (Apollinaristas) fere in omnes V. T. libros, in Euangelia IV; actus, epistolam I. Iohannis. Quod unus deus in trinitate; contra Iudeos, Melchisedecitas; contra fatum (philosophos Platонem, Aristotelem, Porphyrium) et Astrologos, capitibus 53. de discrimine contemplationis et allegoriae. Graeca omnia perierunt, praeter fragmenta ex primo opusculo et *Photii* recensionem de fato; Syriace autem adhuc superfunt non pauca, de dispensatione, f. εἰκονομία filii. Liber solutionis Astrologiae; contra Eunomium et haereticos; contra Iudeos; manichaeos, Apollinarium; in partem *Matthaei*. Hos superesse scribit *Ebediesu* e LX libris, quos Ariani combusserint. *Gelasius*, Cyrilli Hieros. nepos, per eum Caesariensis in palaest. episcopus, *Rufini* libros duos histor. eccles. e latino in graecum transtulerat, graece et ipse quaedam κατηχήσεις scripsérat, (expositionem τε μαθητῶν, σοργεῶν). *Timotheus*, Petri alex. et Frater et successor; de vitis monachorum scripsérat; de haeresi manichaeorum graece superesse dicitur. *Euagrius*, inter monachos Palaestinae, et Aegypti tandem, celeberrimus Origenistarum stator; asceticarum multarum scriptorum auctor, quas partim *Rufinus*, partim *Gennadius* latine transtulerunt; quaedam adhuc latine superfunt. *Maximus*, alexandrinus, cynicus antea Philosopherus, *Basilii* aliquot epistolis clarus; a *Gregorio* naz. in clerum receptus fuit, cuius in sedem inuadere sat ingratus ausus, aliquot ideo Synodis damnatus est. Scripsérat de fide aduersus Arianos librum,

brum, quem *Mediolani* obtulit *Gratiano*, *Flavianus*, Antiochiae post *Meletium* episc. scripsérat in *Lucam*; epistolas aliquot et *Homiliae*. *Theophilus*, alex. episcopus, scriptis olim et rebus temere gestis contra *Origenem* et eius asseclas, clarior, quam bene meritis; antea ipse *Origenis* subsidiis contra *Anthropomorphitas* abuti didicerat. *Iohannes*, *Cyrilli* hieros. successor, fauore in *Origenem* et *Pelagium* clarus; scripsit librum *aduersus obtrahatores*, (*Origenis* se ingenium, non errores, amare) ceterae numero multae scriptiones, falso ei tribuuntur *carmelitarum* praecipue nouis studiis. *Sophronius*, quaedam *Hieronymi*, et latinam versionem *Psalmorum* et prophetarum in graecum sermonem transtulit, atque eiusdem librum de scriptoribus ecclesiasticis. *Ambrosius*, alexandrinus, adversus *Apollinarium* volumen multorum versuum, de dogmatibus; commentar. in *Iobum*. *Theotimus*, Scythiae episcopus, scripsérat in morem *dialogorum*, et veteris eloquentiae, breues commatiacosque *tractatus*; *Ioh. Chrysostomus*, *Libanii* auditor et philosophi *Andragathii*, *Meletii*, (antioch.) et *Diodori* (tarsensis) discipulus, tandem ex antiocheno diacono et presbytero episcopus Constantinop. Auctor plurimarum *homiliarum*, quarum argumentum partim historiam eius temporis, partim laudes martyrum; partim morales locos complectitur et partes scripturae sacrae plerasque omnes. Nondum autem satis constat de genuinis *homiliis*; est et earum diuisio varia. *Epistolae* multae partem historiae ipsius continent; eas inter eminet illa ad *Caesarium*, aduersus *Apollinarium*; cuius vetusta translatione *latina* iam usus fuit contra transubstantiationem *Petrus Martyr*. Multae olim scriptiones et commentarii hoc nomine falso vti solebant; *opus imperfectum* in *Matthaeum* a

latinis eo facilius iungebatur scriptis *Chrysostomi*, cum *Annianus*, *Mutianus* quidam, scholasticus, et alii, ex graecis multa latine transtulerint. *Ammōn*, aliquis Aegypti episcopus, scripsit libros aliquot aduersus *Origenem* de resurrectione; incerti temporis, vt *Nemesius*, ex philosopho episcopus, auctor libri *de natura hominis*, *Origenis* sectator.

### §. LXXXIII.

Graeci  
scriptores  
non catho-  
lici.

*Arius*, alex. presbyter primarius, Σητησεων de generatione filii minus vtilium aduersus *Alexandrum*, episcopum alex. et aduersus catholicos auctor et defensor; scriperat Θαλιαν, vt persuaderet suam ἐνοχην, et cantica varia dogmatici argumenti; ex epistolis superest vna ad *Eusebium*, nico-mediensem ep. et ad *Alexandrum*, episc. alex. Eiusdem *Eusebii* superest e pluribus epistolis vna de *Ario*; *libellus*, quem in Synodo nic. praelegit, dogmaticus, periit. *Asterius*, ex rhetore christianus, *Luciani* discipulus; auctor *Syntagnatis*, quo contra catholicos filium dei inter γενητα, (eorum principem) retulit; scriperat etiam contra *Marcellum*, quasi contra Sabellianum; commentarios in *Psalmos*, in *Euangelia* et in epist. ad *Romanos*. Hic *Marcellus*, Ancyrae episc. refutando *Asterio* longius abreptus, vt negarit ὑποστατικον λογον, ὁμοσιον licet defendens; scripsit diversarum hypotheseon volumina, sed nomina *Hieronymus* non addit. *De immortalitate carnis Christi* pronuntiare non ausus est, δογματιζειν (dogma, sententiam, quasi legem ferre) μεν ἡμεις περι ὧν μη ἀκριβως ἐκ των θειων μεμαθηκαμεν γραφων, ἐκ αὐτοφαλες ενοι τομιζομεν. *Acacius*, *Eusebii* caesar. discipulus et successor, incertae potius fidei quam eruditionis; scriperat in ecclesiasten volumina 17, συμμικτων ζητηματων, VI, et alios

alios tractatus, in quibus ἀντιλογίαιν contra Marcellum. Eusebius, Emisenus episc. arianis deditus; scripserat aduersus Iudeos; (incertum est, an graeca scriptio, quae in manuscriptis exstat, genuina sit) ad Nouatianos; contra Manetem; libros X hypotheseon in epist. ad Galatas; Homilias plures in Euangelia; sed quae inter Latinos hoc nomine fermentabunt, sunt auctorum latinorum. Georgius, alex. presbyter, sed gradu hoc deiectus; scripserat vitam Eusebii Emeseni, et librum contra Manichaeos. Photinus, Marcelli discipulus et diaconus, Sirmiensis tandem episcopus; Homuncionistarum stator, a Basilio Ancyrano in disputatione solemni 351 vietus. Scripserat utroque sermone aduersus omnes haereses, et contra gentes. Basilius, Marcello ancyrano successor datus, Semiarrianorum patronus; scripserat contra Marcellum, et librum de Virginitate. Videtur et auctor esse scriptiorum pro defendenda ὁμοιωσια, quas Epiphan. Haer. 73 exhibet, eruditione non vacuas. Leontius, ab Arianis episcopus Antiochiae factus; Aetii olim magister, cui prophetarum, Ezechielis praeципue, explicationem praeiuit. Aetius, plurium magistrorum (alexandriae Aristotelici cuiusdam) institutione usus, Leontii diaconus, a Juliano reuocatus ex exilio, episcopus factus, cuius etiam superest ad Aetium epistola; Epiphanius seruauit Fidei libellum, (το ὁμοιος Filii προς τον πατερα) Epistolae contra multas, similis argumenti, perierunt. Eudoxius post Leontium episc. Antiochenus, postea Constantinopol. Scripsit de incarnatione, qui λογος superest manuscriptus, ὅτι οἱ Αρειανοὶ σαρκωθηναι λεγοτο τον θεον λογον, ἀλλ' εἰς ἔναν θεωπησα, οὐδὲ ψυχην αὐθεωπινην αἰειληφεναι φασι, καὶ οτι εὶ δύο φυσεις &c. quod vel ipsum initium non caret sua utilitate. Eunomius,

Aetii discipulus, *Eudoxii* antioch. diaconus, atque eius opera tandem Cyzicenus episc. scripserat *commentariorum* in epistolam ad *Romanos* libros 7. *Ἐκθεσιν της πίστεως*, *Theodosio* oblatam, a *Valegio* in annotat. ad *Socrat.* histor. lib. 5. c. 10. editam; *Apologeticum*, cui subiecta est *confessio fidei*; quem *Basilius* refutauit libris contra *Eunomium*; *defensionem* *Apologiae*, cui *Gregor.* nyssenus reposuit; et multas *epistolas*. *Vlphilas*, gothorum episcopus, Arianis deditus; libros sacros plerosque in *gothicam* linguam transtulit; e quibus videntur supereesse Euangelia, lacera, (in codice argenteo) et pars epistolae ad *Romanos*. *Euzoios*, *Thebesii* rhetoris, Caesareae in Palaestina olim cum *Gregorio Nazianz.* discipulus, post *Acacium* episcopus constantinop. eius ferebantur olim variis et multiplici tractatus (pro causa Ariana). *Apollinaris*, iunior, rhetor, lector, episcopus tandem *Laudicenus*; loco *veos*, Christo homini λογον, seu diuinitatem, infuisse, statuit; scripserat libros 30 contra *Porphyrium*, (ὑπερ ἀληθειας, contra Philosophos et Julianum); contra *Eunomii* *Apologiam*; το κατα κεφαλαιον βιβλιον, de incarnatione; *Dialogos*, ad exemplum Platonis, quibus Euangelia et Apostolorum scripta complexus est; epistles; commentarios breves in *Iesaiam*, hymnos et cantica sacra. Incertum est, filio, an Patri Apollinari, tribuenda sit metaphrasis Psalmorum, quae superest; nec certus est auctor tragediae: *Christus patiens*. Pater artem grammaticam τυπω Χερσονεω informauit, et poemata multa, *Homerum*, *Euripedem*, *Menandrum*, iis imitatus, quia *Iulianus* veterat libros graecorum scriptorum a Christianis in scholis audiri. Filii discipulus *Polemon*, αντιρεγτικον scripsit aduersus sanctos patres, et epistles. *Sisinnius*, inter *Nouatianos*

(minus)

(minus tamen ipse abhorrens a meliori victu, vestitu, et jocis) constantinopoli lector, deinde presbyter; cum *Iuliano Maximi* philosophi olim discipulus; plures libros scripsisse dicitur, elegantiae verborum studiosissimus; inter eos fuit liber *de poenitentia*, contra *Chrysostomum*, qui vel milles poenitentiam ecclesiasticam concedere volebat. Auctor etiam epistolae (*nouationorum in Synodo*) ad episcopos *Pamphyliae*, contra *Messalianos*.

Ex gentilibus auctoribus contra christianam doctrinam scripsit, initio seculi *Hierocles*, Bithyniac præses, inde Alexandriae præfектus, (christianis satis grauis vel magistratu suo), *libellos duos* seu *λογια φιλαληθεις*, ad Christianos, in quibus falsitatem scripturae sacrae arguere conatus est, tamquam sibi esset contraria — adeo multa, adeo intima enumeraens, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse videatur, (sic *Lactantius* describit). Eusebius eam partem, quae præferebat Christo *Apollonium*, refutauit (S. 82.). *Libanius* sub *Theodosio* præfектus prætorio, antea rhetorice professus; *orationibus* tribus præcipue christianorum religionem, quae non sine vi ethanicum opprimebat, fugillauit, *Iuliani* caudem christianis adscripsit, et Episcopos, gentilium tempa diruentes, exagitauit; *Iuliani* diligentem operam, vel scriptioribus contra Christianos impensam collaudauit. *Himerius*, sophista, e Bithynia; in declamationibus suis Christianos subobscure tetigit. *Eunapius*, sophista, historicus et medicus, in libro *de vitiis Sophistarum* non raro christianos mordet. Fecerat idem in historia chronica, quam post *Dexippum* continuauit ad *Honorium* et *Arcaadium* libris 14, caias duplēm ἐνδοτη legit *Photius*.

## §. LVXXIV.

Latini ca-  
tholici  
scriptores.  
¶. 4.

*Arnobius*, Afer, ex rhetore christianus; libris VII aduersus gentes clarus; integro seculo, nisi longiori tempore iunior fuit alter *Arnobius*, cuius supersunt *commentarii breues in Psalmos*; ex eorum partibus, quos *Semipelagianos* appellarē solebant *Augustini* amatores. Incertus autem est auctor *annotationum* in quaedam Euangeliorum loca. Prioris discipulus *Lactantius* fuit, rhetor *nicomediensis*, tandem *Caesaris Crispus* praceptor, auctor *institutionum diuinarum* libris VII; *Epitome* pertinet ad tres libros posteriores; *de ira dei*, *de opificio dei*; *de mortibus persecutorum*, quem libellum quidam iusto pluris facere videntur. Perierunt huius scriptoris *symposium*; *grammaticus*; ὁδοποιον, versibus hexametris; ad *Asclepiadem*, libri 2. Ad *Probum*, epistolarum libri 2. Ad *Seuerum* epist. lib. 2. ad *Demetrianum* auditorem suum, epist. lib. 2. Opinorum minus sanarum adhuc plenus est. *Hosius*, cor-dubae episcopus, cuius opera *Constantinus* prae-cipue usus est, vtraque lingua olim non nulla edi-disse videtur, in causa *Ariana*. *Iuuencus*, hispanus presbyter, *Matthaei Euangeliū* versibus hexametris, libris 4, pene ad verbum transtulit, et nonnulla eodem metro ad *sacramentorum* ordinem pertinentia, ut *Hieronymus* tradit. *Julius Fir-micus Maternus*, vir clarissimus, *de errore pro-fanarum religionum* scripsit; eodem nomine exstant *Astronomicorum*, seu *de Mathesi* libri 8, ingenii minime christiani. *Fortunatianus Aqui-leiensis* episc. in *Euangelia*, titulis ordinatis, brevi et rustico sermone scripsit *commentarios*, qui perierunt. *Heliodorus*, presbyter, (Africanus) scripsit (*contra Manichaeos*) *de naturis rerum*

exor-



*exordialium* (*ἀρχῶν*), vnum esse principium — nec mali conditorem deum, sed ita bonorum omnium creatorem, vt materia, *quae ad malum versa est*, post inuentam malitiām, a deo sit facta, nec quicquam materialium absque deo credatur conditum; *Gennadius* sic describit, eumque ante *Pachomium* ponit. *Liberius*, post *Iulium* romanus episc. qui ad Arianorum tandem partem concessit; *colloquium* cum *Constantio* Mediolani habitum, superest apud *Theodoretum* et *Epiſtolae* quaedam. *Hilarius*, pictauiensis medio ſeculo episcop. exilio in cauſa Ariana celebris; ſcripsit *de trinitate* libros XII, mediocri, libero tamen, ingenio; de *Synodis* librum aduersus Arianos, (e graecis libere collectum;) aliquot ad *Constantium*, libellos; aduersus *Auxentium*, mediol. fragmenta ex opere historicō de synodis, *Ariminensi* et *Seleucienſi*, commentarium in Euangel. *Matthaei*; commentar. in *Psalmos*. Perierunt, commentar. in *Iobum*, ex *Origene*; in *cantica* canticorum; historia *Arimin.* et *Seleucienſis* Synodi, contra *Valentem* et *Vſfacium*; *Liber* mysteriorum, de numero *septenario*, ad *Fortunatum*; *Epiſtolae* plures. Nec defuerunt scriptiones, quae falſo *Hilario* tribuebantur. *Eusebius*, Vercell. episcop. ob arianam cauſam exul; ſcripſerat *dogmaticas* aliquot epistolos, et *Eusebii* caesar. commentarium in *Psalmos* latine vertit; ſuperesse quidam putant Euangeliorum latinum codicem ipsius manu ſcriptum aut versatum. *Lucifer*, caralitanus, (calaritanus, alii), in *Sardinia*, episc. Eusebii fere comes in rebus gestis, etiam in exilio, impotens atque impudens ſcriptor, ſchismatis tandem ab inepto ſtudio auctor; ſupersunt libri 2 ad *Constantium* imperatorem, de *regibus apostaticis*; de *non conueniendo cum Haereticis*; de *non parcendo delinquentibus in deum*; quod

*moriendum* sit pro *filio dei*; in quibus stilli malignitate inusitatum exemplum praeiuit homo inuenustissimus. Quaedam *Athanasius* graece transferri curauit, licet nihil quicquam insit, quod caussam dogmaticam liberaliter adiuuet. *Hilarius*, roman. diaconus, *Luciferi* tandem sectator, atque rebaptizandorum haereticorum auctor; huius esse videntur commentarii in *epistolas Pauli*, (*Ambrosiastrum*, quia *Ambrosii* operibus falso addi solebant, quidam nominant;) et *quaestiones in vetus et nouum testamentum*, quae *Augustini* inter opera haberi solebant. *Potamii* hisp. episcopi, nomine superest *Epistola ad Athanasium contra Arianos*, si eius est. *Phabadius*, agennensis episc. scripsit *libellum contra Arianos*, (contra formulam *Sirmensem* 358.) *Audentius*, hispan. episc. scripsit aduersus *Manichaeos*, *Sabellianos* et *Arianos*; et librum speciali intentione contra *Photinianos*, seu *Bonosacos*, de fide aduersus omnes haereticos; (sic *Gennadius*). *Zenonis*, veron. episc. nomine multi sermones feruntur sed varie ex aliis consarcinati. *Victorinus*, rhetor, senex tandem christianus, praeter alias scriptiones secularis litteraturae, scripsit de *trinitate* aduersus *Arianos* libros 4, africanae ingenii plenos; minores sunt, ad *Iustinum*, manichaeum, et de *principio diei*, cooperitne a vespera an a matutino, de *generatione verbi*, contra *Candidum*, arianum; *hymnos*, de *Homousio*; de septem *Maccabaeis*, carmen; superesse etiam putantur in MSto *commentarii* in aliquot epistolas Pauli. *Damasus*, romanus Episcopus, non sine caede *Vrsicino* oppresso; superest eius epistola *synodica* ad Episcopos *Illyrici*, de concilio *arimense*; *synodica* ad orientales epp. contra *Apolinarium*, *confessio fidei* ad *Paulinum* antiochenum.

epiced.



episcopum; (apud *Theodoretum* existant;) epistola ad Paulinum eundem de *Vitali* latine; *poemata*; periit liber de virginitate, prosa et versu; falso autem ad *Damasum* refertur partim *liber pontificalis*; partim epistolarum pentas. *Optatus*, mileuitan. episcopus; scr. contra *Parmenianum* donatistarum apud carthaginem episcopum, libros VI aut VII de schismate donatistarum. *Pacianus*, barcin. episcop. cuius filius *Flavius Dexter*, praefectus praetorio, scripsit *ceruum*, seu contra ludicri genus, quod *ceruulum* dicebant, (periit); contra *Nouatianos*, epistolas tres; *paraeneticum* ad poenitentiam; libellum de baptismo, ad *catechumenos*. *Gregorius*, baeticus, episc. illiber. e diversis tractatibus superesse videtur *libellus de fide*, seu *formula fidei*, *Gregorio* nazianzeno falso inscripta. *Ambrosius*, ex prouinciarum *Liguria* et *Aemiliae* procuratore post *Auxentium*, (nondum baptizatus,) episcopus mediol. scripsit in *Hexaëmeron*, libros 6, e *Basilii* opere fere de sumtos; de *paradiso*; de *Abel et Cain*; de *Noe et Area*; de *Abraham*; de *Isaac et anima*; de bono mortis; de fuga seculi; de *Jacob et beata vita*, et similes libellos, argumento ex V. T. sumto. *Enarrationes* in aliquot *Psalmos*, commentar. in *Lucam* libris X. de *Officiis* ministrorum lib. 3. de Virginibus; de viduis; de poenitentiâ aduersus *Nouat.* de fide et trinitate lib. 5. ad *Gratianum*; de *Spiritu S.* fere ex *Didymo* et aliis graecis; aliquot sermones, *epistolas* multas, et *hymnos* quosdam, quos inter et illum, *Te Deum laudamus esse, minime constat*. Eius omnino non sunt libri 6 seu sermones de *sacramentis* et liber de *mysteriis*; (illis 6 olim adnumeratus, ut sint VII), *tractatus* de 42 mansionibus Israëlitarum; libri 2 de *vocatione gentium*; *tractatus* in *symbolum*; de fide ortho-

doxa, contra Arianos; (Gregorii Baetici) in apocalypsin, acta S. *Sebastiani*, (licet ceteris huius generis praestent), et sermones quidam, et epistolae (de Inuentione corporum. *Geruasii* et *Protasii*). De dignitate sacerdotali, (est Siluestri 2). Missa *ambrofiana*, (a romana non parum diuersa,) non contemnenda quidem, sed post eius tempora ab aliis collecta. Perierunt autem commentarii in *Iesaiam*; de sacramentis et *philosophia*, contra nonnullos Platonicos; in librum sapientiae; in Pauli epistolas; epistolaris catechismus ad *Fritigildam*, Marcomannorum reginam. *Martini*, (qui ex *Sabaria* Pannoniarum vrbe oriundus fuit, et a *Iuliano* imper. missionem e militia impetravit, *Turonensis* tandem episcopus factus,) supereft *confessio fidei*. *Hieronymus*, dalmata, romae *Donati* et *Victorini*, in sacris vero litteris, *Gregorii* theologi, *Apollinaris*, *Paulini* antioch. et *Didymi*, alex. discipulus, adulta in acetate baptizatus, post plura itinera litteraria et monastica rudimenta, a *Paulino* ad presbyterii gradum euectus est. *Bethlehem* tandem sedem sibi elegit. Praeter translationes aut *recensiones latinas* ex hebraico, et graeco, cum *prae-fationibus* (*bibliothecam diuinam* appellavit *Martianay*, et tomo 1. operum Hieron. complexus est), vnum genus scriptiorum continet *commentarios* libros; *tam minoribus* schedis, *lexicon* nominum hebraicorum; librum de nominibus *locorum hebraicorum*, ex *Eusebio* fere translatum; librum de *quaefitionibus hebraicis*; epistolas plures de variis rebus ad V. T. pertinentibus, (de Melchisedek, veste sacerdotali; 42 mansionibus; de terra promissionis, de Seraphim et calculo ad Damasum &c. praincipue ad *Surniam* et *Fretelam*, de variantibus lectionibus graecis et latinis in Psalterio; de 19 nominibus dei) quam maiores libros, commentar. in *Iesaiam*, *Eze-*

*Ezechielem, Danieliem atque in XII minores prophetas; In Matthaeum, varias epistolas argumenti fere critici; in ep. ad Galatas, Ephesios, Titum, ad Philemonem.* Alterum genus scriptiorum, *historicum* fere est, et constat multis epistolis, quae varii quidem sed plerumque utilis sunt argumenti aut modi, iis exceptis, quae virginitatem omnino iusto plus commendant. Libro seu catalogo *scriptorum ecclesiasticorum; translationibus librorum Didymi 3, de Spiritu S. atque Origenis Homiliarum plurium; tertium genus complectitur dogmaticas et polemicas scriptiones, aduersus Heluidium, (qui fratres domini veros Mariae filios fuisse statuerat) Iouinianum libros 2; apologeticum pro his 2 libris; aduersus Vigilantium; aduersus Luciferianos; aduersus errores Iohannis Hierof. de erroribus Origenis; aduersus Rusinum lib. 3. aduersus Pelagianos, et lib. 3. dialogorum aduersus eosdem. Fuerunt autem etiam multae scriptiones inter opera Hieronymi, quae sunt aliorum, tam minores multae, quam verbosiores, commentarii in *Psalmos*; in *proverbia* et in *Iobum*, (qui partim sunt ex Hieronymo collecti;) de *vitis patrum; comes et lectionarius. Philastrius*, post longa itinera brixiensis episc. auctor inuenisti libri de *Haeresibus*. Successor eius *Gaudentius* auctor sermonum 15; de villico *iniquitatis*; in illud, *pater maior me est. Faustinus*, presbyter vehementis, vt Lucifer calar. animi, qui communionem cum *Arianis* mitioribus, pati noluit; scripsit *libellum precum*, (cui et *Marcellinus*, presbyt. subscripserat,) tribus Augustis (Valentiniano, Theodos. Arcad.) oblatum, cum *confessione fidei*; et, *de trinitate*, contra Arianos, septem capitulis; *Marcellino* illi tribuunt quidam secundam fidei formulam, e tribus in codice eanorum Romano. *Siricius*, episc. romanus, pri-*

mus,



mus, cuius *decretales* 5, genuinae habentur; quarta tamen, ad *episcopos Africae* spuria est. *Idacius Clarus*, et alter *Ithacius*, hispani episcopi, impotentibus contra *Priscillianistas* studiis celebres fuerunt; *Idacius* scripsit *Apologeticum*; librum contra *Varimadum*, diaconum Arianum, alii *Vigilio Tapsensi* tribuunt; difficillimorum S. Scripturarum locorum explicat. et alia *opuscula* contra *haereses*, supersunt. Flau. Luc. Dexter, Paciani ep. filius scripsit omnimodam *historiam*; cuius in locum falso *chronicon* subrogavit *Biuarius*. *Aurelius*, post *Genethlium* episcopus *carthag.* inter disputatores catholicos in *collatione* carthagin. 411. contra *Donatistas*; superest *epistola* encyclica de damnatione *Pelagii* et *Caelestii*, atque quaedam *orationes*, ad *Africanos* epp. (in codice eccles. Africanae). *Rufinus*, Aquileiensis presbyter, inter monachos olim versatus; *Origenis* fortis defensor; inuenustis illis litibus celebris, quae nec *Hieronymi* ad laudem fecerunt. Scripsit *Rufinus* de benedictionibus 12 Patriarcharum, lib. 2. ad *Paulinum nolan*. Commentar. in *Hoseam* lib. 3. cum praefatione in 12 minores prophetas; comment. in *Ioel* et *Amos*; expositionem *symboli*, ad *Laurentium*; eristic generis sunt, *Apologia Pamphili*, pro *Origene*, in lat. translated; *Apologia*, sive de depravatione librorum *Origenis*; *apologia* alia pro *Orig.* Epistola ad *Anastasium rom.* de fide sua; Inuestiga aduersus *Hieronymum* posterior; (qui libelli inter *Hieronymi* opera haberri solent) translation *Iosephi*; *Eusebii* histor. eccles. libri 9 (saeppe ipse contraxit in pauciora); Recognitionum Clementis libri X; librorum περὶ ἀρχῶν, homiliarum multarum *Origenis*. Transtulit et quaedam alia *Basilii*, et *Gregor. Nazianz.* *Anatolii* librum de *Passione*; perierunt alia, etiam epistolae, et prior inue-

infectiua in Hieronymum. *Rufino*, alii, Syro, discipulo Hieronymi, tribuunt *professionem fidei*, seu 12 anathem. errorum Origenis et Pelagii. *libellum fidei* verbosiorum, contra Arianos, Apollinar. Macedon. Nouatianos, Origenistas, et contra peccatum originale, forte a *Juliano* eclanensi translatum. *Pontius Paulinus* post consulatum tandem baptizatus, e barcinon. presbytero episcopus *nolanus*; supersunt 50 epistolae, imparis ingenii; et *poemata varia*; natalem XL. XII. XIII. edidit *Muratorius*, et *poema in gentiles*. Interciderunt *Panegyricus*, seu *apolog. pro Theodosio*; epistolae et poemata varia; alius autem *Paulini* sunt, Carmen eucharisticum, de vita sua; de vita S. Martini libri 6; epistola ad Faustum Reginensem, de variis quaestionibus. *Aurelius Augustinus*, Afer, in patria et postea Romae litteras docuit; *Ambrosii homiliis* a Manichaeismo reuocatus, hippomensis post presbyter, et *Valerio vii* episc. successor datus; disputationibus cum donatistis (in synodo carthag. et caesar.) cum *Felice*, Manichaeo; cum *Pacentio* et *Maximino*, Arianis; cum Pelagianis, satis celebris; librorum et voluminum et numero et mole insignium, verbosus auctor; de quo *Erasmus* recte iudicauit: scriptor et obscurae subtilitatis et parum amoenaе prolixitatis. Editio benedictinorum isto ordine constat Tomo I. retractat. libri 2. scripti anno 426. confessionum libri 13. contra academicos libri 3. de vita beata; de ordine, libri 2. Soliloquiorum libri 2. de immortalitate animae; de quantitate animae; de musica, libri 6. de magistro; de libero arbitrio, libri 3. de genesi, contra manichaeos, libri 2. de moribus ecclesiae et moribus Manichaeorum lib. 2. de vera religione; Regula ad seruos dei. In appendice, supposita: de grammatica; principia dialecticae; Categoriae

riae decem; principia *rhetoricae*; Regulae clericis traditae fragmentum; regula secunda; de vita eremita, ad sororem. Tomo II. insunt epistolae 270, per 4 classes distributae; (epistola numero antea 178, alteratio cum *Pascentio*, Augustini minus esse videtur, quam *Vigilii Taps.*) Tomus III. duas in partes diuisus, exegética continet. Pars I. de doctrina christiana, libri 4. De genesi ad litteram, imperf. de genesi ad litteram libri XII. Locutionum libri 7; quaestionum in Heptateuchum libri 7. Annotationum in *Job*, lib. 1. Speculum; libri tres de mirabilibus SS. sunt seculi 7. de *benedictionibus* patriarchae Iacob, e pluribus scriptoribus collectum; quaestiones veteris et noui testam. in tres partes diuisae, (*Hilarii diac.*) In apocalypsin, homiliis 18; est e pluribus collectio. Pars altera huius tomni continet, libros 4 de consensu euangelistarum; de sermone domini in monte, libros 2. quaestiones Euangeliorum, lib. 2. quaestiones in Matthaeum, lib. 1. In Iohannem tractatus 124; in epistolam Iohannis ad Parthos, seu primam, tractatus 10. Expositio quarundam propositionum ex ep. ad Romanos; inchoata expositio in epistolam ad Rom. Expositio in epist. ad Galatas. Tomus IV complectitur Enarrationes in *Psalmos*, ad latinam translationem e LXX, inuenustum oppido et inepti exempli opus. Tomus V, Sermones ad populum 394, in classes 5 distributos, in quinta sermones *dubii* exstant; in appendice sermones 314 supposititi (multi *Caesarii*, arelati;) alii *Ambroſii*, *Eusebii* &c. in 4 classes diuisi; Tomus VI habet moralia opuscula; de diuersis quaestionibus 83; de diu. quaest. ad Simplicianum, libri 2. de octo quaestionibus *Dulcitii*; de fide rerum, quae non videntur, de fide et symbolo, lib. 1. de fide et operibus, lib. 1. Enchiridion ad Laurentium, seu de fide,

spe

spe et charitate; de agone christiano; de catechizandis rudibus; de continentia; de bono coniugali; de sancta virginitate; de bono viduitatis, ad Iulianam; de coniugiis adulterinis, ad *Pollentium* libri 2; de mendacio; contra mendacium, ad *Consentientium*; de opere monachorum; de diuinatione daemonum; de cura gerenda pro mortuis; de patientia; de symbolo ad catechumenos; de symbolo, sermones 3 incerti; de disciplina christiana; de cantico nouo ad catechumenos; sermones de quarta feria; de cataclysmo et de tempore barbarico, (satis dubiae scriptio[n]es) de utilitate ieunii; de vrbis excidio. In appendice supposititia haec exstant: liber sententiarum 21; dialogus 65 quaestio[n]um, inter Augustinum et Orosium; de fide ad Petrum, s. de regula verae fidei (Fulgentii est rusp.) de Spiritu et anima; de amicitia, de substantia dilectionis, (Hugonis Victor.) de diligendo deo; Soliloquiorum animae ad deum lib. 1. meditationum liber; de contritione cordis liber; manuale lib. 1. Speculum s. manuale; Speculum peccatoris; de tripli habitaculo; Scala paradisi; de cognitione vere vitae (Honorii augustod.) de vita christiana; liber exhortationis, seu de salutaribus documentis; de 12 abusione gradibus; tractatus de septem vitiis et septem donis spiritus S. de conflicto vitiorum et virtutum; de sobrietate et castitate; de vera et falsa poenitentia; de Antichristo; Psalterium; cantici *Magnificat* expositio; de assumptione Mariae Virg. de visitatione infirmorum; de consolatione mortuorum 2 sermones; de rectitudine catholicae conuersationis; sermo de symbolo; sermo in peruvigilio Paschae; in Psalmum 41 ad neophytes; sermones plures ad populum; sermones 76 ad fratres in Eremo; istae omnes scriptio[n]es sunt aut superiorum monachorum latinorum, aut ex variis collectae

lectae

lectae. Tomo VII, de ciuitate dei contra paganos, ad Marcellinum, libri 22; opus bono hic ibi argumento plenum, sed nec sine variis naevis. In appendice, variae scriptiones de miraculis S. Stephani, (de quibus lib. 22. c. 8 Augustinus ipse egerat) *Aucti* epistola de reliquiis S. Stephani, et de Luciani epistola, quam e gracco vertit; Luciani epistola ad vniuersitatem eccles. de reuelatione corporis Stephani; *Anastasii* epistola ad Landuleum capuanum, quae est quasi praefatio, ad scriptionem e graeco translatam, de alia detectione ac translatione S. Stephani in urbem Byzantium; Seueri epistola ad omnem ecclesiam; de virtutibus in minoricensi insula per reliquias S. Stephani; *Euodii*, Vzalensis, de miraculis S. Steph. libri 2. Tomus VIII, *polemiconum* primus; liber de *haeresibus*, ad Quodvultdeum, cum appendice Gennadii, de haeresi *Nestorianu*, *Eutychiana*, *Timotheana*. Tractatus contra Iudeos; tr. de utilitate credendi; de duabus animabus; acta contra *Fortunatum*, manich. contra *Adimantum*; contra epistolam fundamenti; contra *Faustum*, manich. disputatt. seu libri 33; de actis cum *Felice*, manich. libri 2. de natura boni, aduers. Manich. Contra epistolam Secundini Manichaei; contra aduersarium legis et prophetarum libri 2; contra *Priscillianistas* et *Origenistas*, ad Orosium; contra sermonem *Arianorum*; collatio cum *Maximinio*, ariano episc. De trinitate, libri 15. In appendice: aduersus quinque haereses, seu contra 5 hostium genera; contra Iudeos, paganos et Arianos, sermo de symbolo; de alteratione ecclesiae et Synagogae; de fide contra Manichaeos (Euodio, Vzal. tribuunt MSti) commonitorum, de modo admittendi Manichaeos; contra Felicianum, arianum, de unitate trinitatis (est *Vigilii*) quaestiones de trinitate et de Genesi; de incarnatione.

carnatione verbi, ad Ianuarium libri 2 (ex *Origenis περὶ ἀρχῶν*); de trinitate et vnitate dei; de es-  
sentia diuinitatis; de vnitate trinitatis ad Optatum,  
dialogus; de dogmatibus ecclesiasticis, (est *Gen-  
nadii*). Tom. IX contra *Donatistas*: Psalmus, con-  
tra partem Donati; contra epistolam *Parmeniani*,  
libri 3; de baptismo, contra *Donatistas* libri 7;  
contra litteras *Petiliani* lib. 3; ad *catholicos* epi-  
stola, s. de vnitate ecclesiae; contra *Cresconium*,  
grammaticum, partis Donati, libri 4; de vnico  
baptismo, contra Petilianum ad Constantium; bre-  
vivulus Collationum contra *Donatistas*, lib. 3. ad  
*Donatistas*, post collationem carthag. sermo ad Cae-  
sariensis ecclesiae plebem, Emerito praesente; ser-  
mo super gestis cum Emerito donatista; contra  
*Gaudentium*, donat. libri 2. In appendice: con-  
tra *Fulgentium*, donat. Sermo de Rusticano sub-  
diacono, a *Donatistis* rebaptizato; alia ad *histori-  
am Donatistarum*. Tom. X, contra Pelagianos.  
de peccatorum meritis et remissione, et de baptismo  
parvulorum, ad *Marcellinum* libri 3; de spiritu et  
littera, ad eundem; de natura et gratia, contra Pe-  
lagium, ad *Timasium* et *Iacobum*; de perfectione  
iustitiae hominis, ad *Eutropium* et *Paulum* epp.;  
de gestis Pelagii, ad *Aurelium* ep.; de gratia Chri-  
sti et de peccato originali, contra Pelagium, ad *Al-  
binam*, *Riuianum* et *Melaniam*, lib. 2. de nuptiis  
et concupiscentia, ad *Valerium* comitem, libri 2;  
de anima et eius origine, contra *Vincentium Viēto-  
rem*, lib. 4. contra *Iulianum*, haeres. pelagianae  
defensorem, lib. 6. de gratia et libero arbitrio, ad  
*Valentium* et *Monachos Adrumetinos*; de cor-  
reptione et gratia; de praedestinatione sanctorum,  
ad *Prosperum* et *Hilarium*; de dono perseverantiae  
ad eosdem; contra secundum *Iuliani* responsum,  
opus imperfectum sex libris. In appendice: Hy-

pomnesticon contra Pelagianos et Caelestianos, libri 6, olim Hypognosticum; liber de praedestinatione et gratia; liber de praedestinatione dei; varia scripta et monumenta variorum auctorum ad *Pelag.* historiam; Apologetica opuscula *Prosperi* Aquit. pro Augustino; cuius generis plura collegit *Phereponus*, f. *Clericus* tomo duodecimo Antwerpiae (Amstelod.) recusorum Augustini operam. Satis difficile est statuere, vtrum plus emolumenti attulerit Augustinus rei christianaे istis voluminibus, an detrimenti atque impedimenti; licet auctoritate iam vnum omnium maxime eminere in ecclesia latina creditus fuerit. *Simpliciani*, qui mediol. Ambrosio successit, perierunt *epistolæ*, quas intercessisse inter eum, Ambrosium atque Augustinum scribit *Gennadius*, de difficultioribus SS. locis. *Anastasius*, Maximi presbyteri filius, episc. romanus; epistola ad *Ioh.* hierosolym. qui de cauſa Origenis et Rufini quaesuerat; supersunt et quaedam fragmenta epistolæ ad *Kyrinum* de incarnatione Christi, falſo autem eius nomen gerunt *epistolæ* duae, inter concilia editæ.

### §. LXXXV.

Latini non  
ecclesiastici.

Ex iis, qui extra ecclesiam catholicam, latini scriptores extitere, eminent *Donatus*, afer, post *Maiorinum* donatistarum episcopus, suae ecclesiasticae, quasi sanctioris societatis, super ceteros ecclesiasticos, (a quibus *libros sacros* ethnicis *traditos* fuſſe iactabat) et supra ciuilem, impudens vindex, scripsit multa ad haeresin suam pertinentia, et librum de *spiritu sancto*, ariano dogmati congruentem; *Vitellius*, eiusdem sectæ, scripsit de eo, *quod odio sint mundo serui dei*, catholicos persecutorum nomine traducens; *aduersus gentes*; *aduersus catholicos*, *S. Scripturarum tradidores in perse-*

persecutione; multa ad regulam ecclesiasticam pertinientia. *Macrobius*, catholicus ante presbyter, (ad confessores et virgines scripsit, librum unum, ad castitatem custodiendam,) postea donatistarum Romae occultus episcopus, epistolam ad plebem carthag. de passione Maximiani et Isaaci, donatistarum. *Tychonius*, donatianae partis, scripsit *de bello intestino*, lib. 3. *Expositiones diuersarum caussarum*, in quibus ob suorum defensionem *antiquarum* meminerat *Synodorum*; *Regulas* ad intelligentiam scripturarum septem (hae supersunt;) Exposuit et *Apocalypsin*, nihil in ea carnale, (quod solebat adhuc a plerisque fieri,) sed totum intelligens spirituale; *primam resurrectionem*, in baptismo fieri statuit; mille quoque annorum regni in terra, iustorum post resurrectionem futuri, suspicionem sustulit (ita *Gennadius* intelligendus.) Supersunt homiliae 18 in Apoc. inter Augustini opera. *Petilianus*, episcopus a Donatistarum parte interfuit collationi carthag. 411. scripsit, *de uno baptismo*, quem alio libro refutauit Augustinus; item *encyclicam* epistolam, contra Augustinum et catholicos, cui *tres libros* contra litteras Petiliani ille reposuit. *Priscillianus*, hispanus, quem manichaeorum et gnosticorum haeresin coniunxisse volunt; sectae suae episcopus *multorum opuscularum* auctor fuit, *Treueris* capite tandem plexus. *Tiberianus*, ob studia in Priscillianum bonis priuatius, et relegatus in Insulam, *Silly*, tandem *apologeticum* scripsit, vt se ab ista haeresi defenderet. *Secundinus*, *Augustini* olim in Manichaeismo socius, cuius superest *epistola*, qua reuocatum iuit Augustinum, satis vehemens. *Heluidius*, Auxentii mediol. discipulus, romanus presbyter, *libello clarus de fratribus domini*, quem Hieronymus vehementer refutauit.

Incertorum sacrorum homines sunt *Chalcidius*, quem quidam eccles. carthag. ministrum faciunt; librorum V. T. et christianorum non ignarum; superest *commentarius* in *Platonis Timaeum*; *Ausonius*, Valentiniani praceptor, postea consul; si sint ipsius *versus paschales*, et *oratio matutina*, (Paulini, discipuli esse aliis videntur,) facilius christianis accenserri posset. Q. Aurel. *Symmachus*, consul rom. *relatione pro ara victoriae gentilium* causam adhuc egit, quae adhuc superest; eandem causam egit *Maximus*, gente afer, grammaticus, *Augustini* familiaris, in epistola vehementi ad Augustinum, cuius non desuit responsio. *Claudianus*, non ignobilis poeta, christianis non annumerandus est. Non plane omittenda Anicia Falconia *Proba*, ex Anicio Probo mater Olybrii, Probini, Probi et Iuliana; haec Iuliana Cl. Hermogeniano Olybrio nupta, mater fuit *Demetriadis* virginis, ab Hieronymo celebratae. Scripsit *Proba centonem virgilianum* de rebus diuinis, qui superest.

### §. LXXXVI.

*Catholici graeci sec. 5.* Operae adhuc precium est *seculi quinti* nosse scriptores; e *catholicis* graecis eminent, *Asterrius*, Amaseae, quae est Ponti ciuitas, episcopus, *homiliarum* plurium auctor, in aliquot *Psalmos* et partes alias scripturae, etiam in martyres quosdam, et si non satis certae sunt omnes, quae hoc nomine insigniuntur. *Marcus*, αστρηνς, inter Nitrienses, auctor plurium scriptiorum *asceticarum*, quaedam tamen inter *Macarii* etiam inueniuntur; *Anianus*, monach. Aegyptius, *chronologiae* auctor; quam saepius et excitat et corrigit *Georgius Syncellus*; copiosior fuit *Panodori* *chronographia*, quam idem Syncellus non raro tangit. *Victor*, anti-

antiochenus, (Chrysostomum citat,) latine excusus est commentar. in *Marcum*; supersunt et Scholia msceta. in epistolam *Iacobi*, *Petri* vtramque, in tres *Iohannis*, in *Iudee*; fragmenta quaedam alia in *catenis* exstant. *Philo*, ab Epiphanio episcopus in insula Cypro ordinatus, scripsit commentar. in *canticorum canticorum*, qui superesse creditur; *Antiochus*, in Phoenice episcopus, ex ingenti applausu Constantinopoli multum auri congeslit; postea ab aduersariis Chrysostomi stetit; scriperat *sermones* multos; *contra auaritiam* longum volumen; pauca fragmenta supersunt. *Seuerianus*, Gabalorum in Syria episcopus, aemulus *Antiochi* et hostis tandem Chrysostomi; eius supersunt orationes VI de creatione, seu in *Hexaemeron*. oratio in *Christi natuitatem*; de *sigillis librorum*; de *serpente aeneo*; de *pace*; sermo habitus constantinopoli; de *cruce* (*eis τα εγνωμε τη τηις σωρεις* plures olim exstabant) inter Chrysostomiana; de *morte innocentum*, latine supereft; perierunt autem multi sermones; expositiones in *Iobum* et libros *Mosis*, in epist. ad *Galatas* et plures in epistolas; de baptismo; nisi *Severus* hic ibi loco *Seueriani* intelligendus sit; contra *Nouatum*; contra *Iudeeos*. *Palladius*, post longa exercitia inter aegyptios ascetas, episcopus, helenopolitanus; auctor historiae *Lausiacae*, sive de vitis SS. patrum ad Lausum, cubiculi praefectum; dubitarunt quidam, vtrum idem sit auctor *Dialogi* de vita S. Chrysostomi, inter *Palladium*, helenop. et Theodorum, rom. diaconum; longe minus certum est, vtrum sit auctor libri de gentibus *Indiae* et Brachmanibus. *Heraclides*, e monacho scetensi Chrysostomi diac. et Ephesinus tandem episcopus, Origenismi cum Palladio accusatus, in carcerem coniectus est, post Chrysostomi exilium; scripsit *paradisum*, seu historiam monachorum *Aegyptiacorum*,

rum, qui videtur cum illa historia Lausiaca olim corpusculum vnum fuisse. *Macarius, Magnetum* in Asia propria episcopus, accusator *Heraclidis* istius in Synodo ad *quercum*; auctor *aporum*, seu *dialogorum* cum graeco ethnico, quorum supersunt fragmenta, ut etiam commentarii in *Genesin*. *Polybius*, Epiphanius discipulus et, ut videatur, diaconus; scriptis posteriorem partem vitae *Epiphanius*, et epistolam ad *Sabinum*, parum liberali ingenio. *Constantius*, sive *Constantinus*, Antioch. presbyter, exceptis per verborum compendia sermonibus Chrysostomi in ep. ad Hebreos bene meritus, spe sedis Antiochenae post *Flavianum*, atque solo etiam, deiectus fuit ab inuasore *Porphyrio*. *Atticus*, e monacho inter Macedonia nos postea presbyter constantinop. inter aduersarios Chrysostomi, eius etiam post Arsacium successor. Supersunt *epistolae* tres et quaedam fragmenta. *Theodorus Syrus* gente, *Libanii* rhetoris, auditor, *Diodori* autem Tarsensis et *Carterii* discipulus cum Chrysostomo, qui eum duplici paraenesi e vita seculari reuocauit; e presbytero Antiocheno tandem Mopsuestiae episcopus, *Nestorii* et *Theodoriti* magister, per omnem vitam et studiis publicis et scriptis plurimis, (quac *Syriacam* in linguam ab *Iba* translata fuerunt,) contra *Arianos* atque *Apollinaristas*, et in SS. bene meritus; seculo tandem clapsi post mortem pacatam ab inuenustis hominibus infamia adipersus. Ex multis libris superest *expositio fidei*, cuius etiam latinam versionem prodiicit *Marius Mercator*; plurima fragmenta habentur *commentariorum* (quos anno 403 inceptos fuisse ab eo dicit chronicon edeserium) in omnes ferre SS. libros (vnde *commentator* a Syris nestorianis dicitur); quorum quidam adhuc inter *Syros* existant. In V. T. usus est diligenter graecis variis inter-

interpretibus; in *Genesin*, multa adhuc vidit *Photius*; quinque tomos in *Psalmos*; in XII prophetas, (graece dicuntur superesse); in *Samuelem*; in *Iobum*, ad *Cyrillum alex.* in *Iesaiam*, *Ezech. Ieremiam*, *Danielem*; scripsérat in *Matth. Lucam*, *Iohannem*; verbosius autem in omnes *Pauli* epistolas. *Dogmaticas* scriptiones edidit, contra *Eunomium* tomos 2, libros 28; alios libros 25, pro *Basilio*; de incarnatione domini, libros XV aduersus *Eunomianos et Apollinaristas*; contra *occidentales*, (Hieronymum praeципue,) qui afferunt, *peccare homines natura*, non voluntate, lib. 3 (seu contra originale peccatum, vt ineptius describitur, quam sententiam *Syri* omnes tenent,) de *Persarum magia*, lib. 3, ad *Mastubium*, armenum, chorepisc. de *Sacerdotio*; de legislatore, vnum auctorem esse V. et N. T. de *spiritu S.* tomos 2; aduersus allegoricos. *Expositio symboli nicaeni*; ad *baptizandos* liber (an idem ac *Mysticus?* librum *arcanorum*, in causa de baptismo et S. coena, citauit adhuc sec. 13. *Simeon*, presb.); sermones multos; epistolas plures vidit adhuc *Photius*; ceterum solent varii Theodori non raro commisceri a librariis. *Polychronius*, eius frater *Apameae* episc. *Expositio* in canticum cantorum superesse videtur, edita cum *Eusebii* et *Pselli* expos. In *Iobum*, ex quo commentario multa superfluit in *catena* a Patricio *Iunio* edita; fragmenta commentarii in *Ezech.* et *Danielem* pauca habentur. *Nonnus*, panopolit. praeter *dioruſianas*, christianus scriptis paraphrasin in Euang. *Ioh.* et collectionem historiarum; *Synesius*, platonic. antea philosoph. sat liberis conditionibus tandem episcopus ptolemaidis yrbis, nec scriptis praeципue christiana sacra promouit; *oratio de regno*, ad *Arcadium*; *Dio*; *encomium caluitie*; de prouidentia libri 2;

de *infomniis* liber, in quo christianum ingenium non reperias; *Epistolae* supersunt supra 150; *Homiliae* in perugilia natalis domini; in Psalmum 74; *catastasis* in barbarorum excursionem; *catastasis* in laudem *Anysii*; *hymni* X, inuenustae omnino indolis. *Iridorus*, pelusiota a loco vitae monasticae dictus, magnae auctoritatis, cui et *Cyrillus* concessit; supersunt quinque *epistolarum* libri, non paucae tamen videntur adhuc deesse; iis saepe SS. loca bene illustrat; perierunt autem liber aduersus *gentiles*; oratio aduersus *fatum*; liber aduersus *Cyrillum*. *Cyrillus*, Theophili alex. e fratre nepos eiusque successor, Iudaeis et haereticis, praecipue *Nestorio*, iusto gravior; e scriptis satis verbosis supersunt γλαυκες in Pentateuchum; de *adoratione* in spiritu et veritate libri 17, in *Iesaiam* libri V. in 12 minores prophetas; in *Iohannem* libri 12, (desunt septimus et octauus) *Thesaurus*, seu de trinitate; dialogi VII. de consubstantiali trinitate, et compendium septimi, de Spiritu S. copiosum; dialogus de incarnatione vnigeniti, et nonus, (olim quartus eorum, e quibus tres perierunt, contra *Diodorum* et *Theodorum*) quod unus sit Christus; scholia de vnigeniti incarnatione; tractatus breuior de eadem; de *recta fide* ad *Theodosium Imper.* desunt capita 2 priora; *Homiliae paschales* 30; homiliae aliis de argumentis 14; epistolae 61 fere theologicae; epistola ad clericos suos constantinopoli; libri 5 aduersus *Nestorium*; explanatio 12 capitum; apologeticus pro iisdem, contra orientales epp. apologia alia, contra *Theodoritum*; Apologeticus ad *Theodosium imperat.* Contra *Iulianum* libri X. Contra anthropomorphitas liber, de trinitate liber; commonitorium de *Nestorio*; Homiliae 19 in *Ieremiam*, a *Corderio* olim editae, sunt *Origenis*, ultima est *Clementis* alex. de diuite salu.

Sunt

Sunt tamen, de quorum integritate hic ibi dubitare licet; interpolata certe iam olim quaedam fuerunt, si vel *Marii Mercatoris* translatio latina comparatur cum graeco. Perierunt alia, vt, aduersus Diodori et Theodori excerpta, a *Proculo* constantinop. collecta; fertur etiam *liturgia*, ex arabico translata, a *Victore Scialagh. Timotheus*, episc. aliquis, scripsit, de nativitate domini sec. carnem (in diem Epiphaniae eam reiiciens.) *Lucianus*, caphargamitanae eccles. non longe ab Hierosol. presbyter, cui Gamaliel reuelasse dicitur reliquias S. Stephani; hanc fabulam graece scripsit, *Auitus* autem, hisp. presbyter, iis in locis tum versatus, latine vertit. *Philippus*, gente Pamphylius, Sidensis, (alexandrinae scholae per aliquod tempus praefectus, quae *Siden* tandem translata fuit,) Chrysostomi inde familiaris, post *Attici* mortem cum *Sisinnio* de episcopatu Constantinop. contenderat; *Sisinnii* ideo aduersarius. Scripserat, *historiam christianam*, a mundi initio, libris 36, opus vastum; auctor ἐπιδεικνυμούσιος μαλλον, η ὠφελιμος iudice Photio; fragmentum superest, de *scholae catecheticae* alex. *succeſſione*; acta disputationis in Perside habitae, inter Christianos, ελληνας et Iudeos (*Viennae MSt.*) Aduersus *Iulianum confutatio*, periit. *Iosephus*, incertus homo, auctor υπομνήματος, libris V, qui in codice *Cantabr. MSto* supersunt. *Marcus*, παλλιγρέφος, *Porphyrii*, ep. gazensis famulus. auctor *vitae Porphyrii*, quae nondum graece edita est. *Eudocia*, Leontii sophistae et philosophi Atheniensis filia, e gentilismo ad thronum et *Tor*um *Theodosii* translata; scripsit *centones homericos*; metaphrasin octateuchi; prophetiarum *Zachariae* et *Danielis*; *historiam Cypriani martyris*, (Qui Romae cum *Iustina* sub Diocletiano mortuus dicitur), quam cum *poenitentia* pag. 101. compara-

ri iubet *Caue.* *Theodotus*, Antioch. episc. scripsérat, contra συνστατας, seu Apollinaristas, quos ecclesiae aggregauit, etsi non omnino a sententia abductos. *Theodoritus*, Antiochenus, in monasterio S. *Euprepii* socius *Nestorii* et *Iohannis*, antioch. postea episcopi, diaconus et presbyter iam ordinatus, monasticum tamen institutum retinuit; 420 episc. *Cyri*, urbis in Syria, celebris; in dioecesi sua decem millia *Marcionitarum* a se baptizata ipse profitetur; celebrior vtilissimis scriptis, quam fauore in *Nestorium*, exilio, et restituzione in sedem, post anathematizatum Nestorium. Scripsit *commentarios* optimi ingenii; *quaestiones* in *Octateuchum*; in libros Regum; *Paralipomenon*; *Commentar. in Psalmos*; in *Iesaiam* epitome, (videntur multa esse *Theodori*, Mopsuest.) in *Ieremiam*, *Baruch*; *Threnos*; *Danielem*; in XII prophetas; in XIV Pauli epistolas (Gal. 2, 5-15 plane non attingit); *histor. eccles.* libri 5, (ab 322-427) historia religiosa, s. *Philotheus*; epistolae 146; haeretic. fabularum libri 5 (de *Nestorio*, alias est auctor) de prouidentia orationes X. oratio de charitate; de currandis affectibus Graecorum libri XII, contra Julianum; Epistola ad *Iohannem*, episcop. Germaniciae; Reprehensio XII anathematismorum Cyrilli. *Eranistes* seu *Polymorphus*, dialogi 4. non sunt Theodoreti. Minoris momenti sunt, quae in *auctario* *Garnierii* occurruunt; dialogi 2 contra *Anomoeos*; III contra *Macedonianos*, 2 contra Apollinaristas, incerti auctoris videntur. E deperditis recensentur, *Pentalogion*, s. libri 5 de incarnatione, contra *Cyrillum* et *Ephesinos*; (seu *Eutychianos*, a *Photio* Cod. 46 perperam libris 21 *Eutherii* additi, uno in 2 diuiso, vt fiant 27); opus *mysticum*, (similiter *Theodorus*, mopsu.) s. libri 12 de mysteriis fidei; libri de *theologia* et *incarnatione*, quas *Garnierius*

nerius putat esse dialogos 3, contra *Macedon.* et 2 contra *Apollinaristas*, inter *Athanasiana*; aduersus Marcionem; aduersus Iudeos; responsiones ad quae sita magorum Persarum (an inter Theodori mopsu.) sermones 5 in laudem Chrysostomi; allocutiones duae, *Chalcedone* contra *Cyrillum*; sermo Antiochiae, in *Cyrillum mortuum*, habitus. *Ebediesu* opus contra *Origenem* inter Syros exstare dicit; idem opuscularum plororumque mentionem facit, omissis exegeticis; in *Danielem* excepto. *Iohannes*, antioch. episc. *Ephesinas* turbis et Nestorii tutela clarior, quam scriptis; supersunt quaedam eius *epistolae*, ad concilium *Ephes.* pertinentes. *Nestorius*, ex Antiocheno presbytero constantinopol. post *Sisinnium* episcopus, in Arianorum, Novatianorum, Macedonianorumque ecclesias iusto durior arbiter, similem aliorum atrociam expertus est, eum non ferret Mariam Θεοτόκον dici; inde nouae λεπτολογίας inuenusta origo ducebatur; nec exilio nec morte *Nestorii*, (nempe lingua veribus erosa tandem fataliter, ut Arium, periisse, grauiter testificatur Euagrius) illepida controuersia sopiri potuit. Supersunt vix quaedam (pars ex latina vetusta *translatione*) *epistolae*, pauciores *orationes*, *anathematismi* Cyrillo oppositi; et fragmenta eius generis, quae ad controuersiam istam fere pertinent; scripserrat tamen multis tractatus, homo eruditus et facundus. Aliorum nominibus hic ibi quasdam *Nestorii* homilias superesse statuit *Garnerius*. *Meletii*, successoris Theodori mopsuesteni, et Nestorio studiosi quaedam *epistolae* inter *Ephesinas* alias supersunt. *Theodotus*, ancyr. episc. ex aduersariis *Nestorii*; auctor plurium *homiliarum* (quaedam supersunt;) expositionis symboli, contra Nestorium, in qua dialectica arte usus est, (superest et haec *expositio*) librorum 3 de Spiritu S. et aliorum opuscularum, quae interciderunt.

*Acacius,*

*Acacius*, episc. *Berrhœnſis*, inter Chrysostomi aduersarios, aequus tamen arbiter litis inter *Cyrillum* et *Nestorium*, quam nominis magis quam rei esse recte statuit; supersunt quaedam *epistolæ*. Alius *Acacius*, Melitines in Armenia episc. acerimus *Cyrilli* defensor, παθητὴν τὴν δεοντὰ facile professus; *Homilia* superest contra Nestorium, in synodo Ephesina habita; et epistola ad *Cyrillum*. *Alypius*, presbyter constantin. eius epistola ad *Cyrillum* superest, qua eum contra Nestorium incitat. *Charisius*, philadelph. presbyter et oeconomus, inter vehementiores aduersarios *Nestorii*; de qua causa supersunt quaedam eius scriptiones. *Memnon*, Ephesinus episc. superest *epistola* ad Clerum Constantinopolit. in causa *Dorothei*; *Dorothei*, Nestorii aſſeclae, supersunt 4 *epistolæ*, latine; *Alexander*, hierap. episc. *Cyrilli* hostis infensus; exstant latinae *epistolæ* 23, in cauſa *Ephesinæ* synodi; *Maximinus* anazarbi Episc. *Cyrillum* in synodo prouinciae suae damnauit, tandem cum eo reconciliatus; exstant 3 *epistolæ* praeter duas *Synodicas*. *Helladius*, ex monacho prope Antiochiam, *Tarsi* episc. *Cyrillum* sua in prouincia damnauit, tandem Nestorio anathema dixit. Exstant *epistolæ* VI. *Eutherius*, tyannensis metropolita, Nestorii perpetuus amicus; supersunt *epistolæ* 5, et Sermones XVII in varias haereses, olim *Athanasio*, Maximo monacho, et Theodorito falso adscripti. *Maximianus*, e monacho imperito post Nestorium episcopus constantinop. homo impotentis animi. *Epistola* superest, qua *Cyrillum* et laudat et consolatur. *Paulus*, Emesenus episc. Nestorii patronus, orientalium ad *Cyrillum* pacis causa legatus; superest *libellus de fide*; 2 homiliae alexandriae habitæ; epistola ad Anatolium, militiae praefectum, latine. *Rhegini*, ep. *Constantiae* in Cypro, orationem in *Ephes.* concil.

concil. habuit, post Nestorii deiectionem, quae superest. *Iuuinalis*, ex Ephesino Hierosolymitanus episcopus, *Cyrilli* fautor ab ambitionem, aduersus Antiochenum episc. ab eadem ambitione Eutychem et Diocorum contra *Flauianum*, constantinop. tatus est, superest latine, Synodica ad Palaestinen-  
ses, qua *chaledon* concilii decreta confirmat. *Andreas*, famosatensis Episcopus, capitulorum *Cyrilli* aduersarii, cuius librum *Orientalium Synodus* Antiochiae 431 probauit; nec deum passum esse vñquam profiteri ausus; supersunt inter *Ephesinas* epistolae 5, et pauca fragmenta librorum duorum aduersus Cyrilum. *Rabbulas*, edessenus episcop. Aegyptiorum, ex hoste, impotens fautor, edessena in Synodo Theodori aliorumque, qui a *Cyrillo* dissen-  
tirent, scripta igni adjudicans; superest vix vñica epistola. *Adrianus*, incertus homo, *isagoges* in SS. auctor; *Proclus*, Chrysostomo antea a libris scribendis, regiae tandem vrbis episcopus, man-  
sueti in eos, qui alia sentirent, animi; supersunt XX. *homiliae*, in dies festos; de *traditionibus* missae diuinæ, epistolæ quaedam, (ad *Armenos*, de fide; ad *Ioh.* Antioch. de *Theodoro* et *Iba* &c.) *Ibas*, episc. edessenus, duabus Synodis, Tyri et Be-  
ryti, ab accusatione haereseos defensus, a ληστριη tamen Ephesina deiectus, a *chaledonensi* autem restitutus, tandem 536 in synodo *quinta* post mor-  
tem condemnatus. Scriptit celebrem epistolam ad *Marin*, Persam, in qua *Theodorum* mopsuest prae-  
cipue laudauit. *Paulus*, persa, Nestorii assecla,  
quem et libro περὶ κριτῶν defendit. *Socrates*, e Scholastico historiae ecclesiast. a Constantino M. ad 439 libris VII. auctor; scribendi genere eum su-  
perat *Hermias* Sozomenus, qui ipse causas egit,  
et hist. ecclesiasticam scriptit, a Christo ad annum  
323, libris 2; et libris 9 *Theodosio* dicatis, a

324 ad 440. *Nilus*, ex urbis epolit. praefecto, et monacho, (2 filiorum iam pater), tandem presbyter; scripsit narrationes VII de caede monachorum in monte Sina, et captiuitate filii sui; multa *ascetica*; capita paraenethica 229. librum de 8 vitiolis cogitationibus; de oratione, capita 153. epistles 355, et similes multas scriptiones minores, quae omnes adhuc legi possunt; commentar. in *canticum cantic.* cuius quaedam aliis admista supersunt; aduersus *gentiles* librum, qui periit. *Archelaus*, caesar. cappad. contra *Messianos* 24 anathematismos prodidit, (*Photii* cod. 52); contra eosdem scripsit *Heraclidas*, Nyssae in Armenia minori episc. duas epistles. *Isaac*, Ephraemii discipulus, presbyter antioch. scripsiterat *syriace* contra *Nestorianos* et *Eutychianos*; *Irenaeus*, e comite *Tyri*, cuius in Nestorium fauorem Ephesina in Synodo Theodoreus pati noluit, episcopus a *Theodoreto* ordinatus; breui post depositus, scripsit *historiae ecclesiasticae* (Ephesi atque in oriente gestarum rerum) libros quinque, et de persecutione Nestorii: Superest eius epistola ad orientales episcopos. *Flavianus*, post *Proclum* episc. constantinop. *Eutychis* aduersarius, qui tamen *Chrysaphii*, Eunuchi, fauore Ephesi, *Dioscuro* alex. praefide, vicit; *Flavianus*, (cum *Iba*, *Irenaeo*, *Theodoreto* et aliis) depositus misere periit. Supersunt eius 2 epistles ad *Leonom*, Rom. *Simeon*, *stylites*, senior, ouium olim pastor, tandem inuenustum asperitatis spectaculum; scripsiterat plures epistles; ad *Theodosium*, vt ecclias Iudaeis Antioch. adimeret; ad *Leonom* imper. pro Synodo *chalcedon*. ad *Basilium*, ep. antioch. ad *Eudociam*, imperatricem, in eadem causa. *Eustathius*, Beryensis episc. *Apologiae* pro *Leonis* epistola, ad *Timotheum Aelurum*, alex. vix quicquam superest. *Eusebius*, ex scholastico tandem

tandem *Dorylaensis* episc. superest *contestationis*, aduersus Nestorium et clericos Cp. latine a Mario Mercatore translata; *libellus contra Eutychem* Synodo Cpolit. oblatus; libellus aduersus injuriam a *Dioscuro* sibi illatam, synodo *chalcid.* oblatus; epistola ad *Marcianum* imperat. *Basilius*, Seleuc. in Isauria episc. ob leuitatem in *λυτρικη* sede sua deiectus in chalcedonensi; supersunt *orationes* 43, 17 in vetus testam. 26 in nouum; atque oratio in Stephanum protomart. et in Mariam *Georonov*; incertae scriptiones sunt, *demonstratio* contra Iudeos de aduentu Christi; libri 2 de vita S. *Theclae*. *Bassianus*, Ephesinus episc. a *Flauiano* cpolit. deiectus, *libellum Marciano* imperatori obtulit. *Anatolius*, a *Dioscuro* in *λυτρικη* in *Flauiani* constantinop. locum surrogatus, Eutychem et Nestor. damnauit, *Leonisque* epistolae subscriptis; hunc autem rom. episc. ob *Ιωαννης πρεσβεια*, in *chalcid.* concilio sedi constantinopol. decreta, perpetuum hostem habuit; superest, *epistola* de concilio chalced. et de rebus a Timotheo Aeluro Alexandriae male gestis; ad Leonem imper. *Nonni*, Edesiae episc. superest, epistola ad Leonem imper. pro Synodo *chalcid.* contra Timotheum Aelurum; *Mochimus*, (*Mokimus*) presbyter apud Antiochiam, scrips. contra *Eutychem*; *Petrus*, edess. presbyter. scripserat variarum caussarum tractatus, et more Ephraemi Psalmos metro composuit. *Samuel*, presbyt. edess. contra Nestorianos, Eutych. Timotheanos scripserat; *Diadochi*, Photices in Epiro episcopi. supersunt *capita* 100, de *perfectione spirituali*; et *definitiones* X, de X virtutibus. *Athanasius*, fororis Cyrilli filius, presbyt. alex. a *Dioscuro* electus, *libellum* Synodō *chalcon*. obtulit. aduersus *Dioscurum*; idem eadem in cause fecit alex. diac. *Ischyron*, et *Theodorus*, Cyrilli olim

diaco-

diaconus, *Sophronius* etiam, laicus. *Photius*, Tyri metropolita, libellum Marciano imper. obtulit, contra *Eustathium* berytensium episc. qui ei subiectus esse noluerat. *Proterius* a synodo chalced. in Dioscuri locum missus, militari auxilio stipatus, post Marciani mortem a Timothei Aeluri factio-  
ne vel in baptisterio miserè cum sex aliis trucidatus; superest *epistola paschalis* ad Leonem papam; alia interiit, qua fidem suam profitebatur. *Chrysippus*, Presbyter hierosolymitan. scripserat olim plura; superest *Homilia in Georonov.* in *Iohannem*, baptistam; in Archistrategum *Michaelem*; *Encomium Theodori*, martyris, periit; nec vi-  
demur iacturam magnam fecisse. *Iacobus*, helio-  
polit. in Phoenice diaconus, scriptor vitae (Sanctae, vt postea audit) *Pelagiae*. *Agapetus*, Rhodi me-  
tropol. *Iulianus*, coensis episc. *Lucianus*, byzae  
metropol. *Theotimus*, in Scythia episc. *Valenti-  
nus*, philippopol. episc. *Ammonius*, alex. presby-  
ter, scripserunt ad *Leonem* imperat. pro concil.  
chalcedonensi. *Ammonius* hic etiam aliam scri-  
ptionem contra Monophysitas edidit, cuius fragmen-  
tum superat, de discrimine naturae et hypostoseos;  
alius videtur esse *Ammonius*, cuius έργα in  
actus et in *Psalmos* citatur. *Euthalius*, ex eccl-  
esiasticis Alexandrinis vt videtur; auctor *prologo-  
rum* in actus, atque epistolas, etiam *elenchi alle-  
gatorum* in his libris e V. T. atque studiosioris in-  
terstitionis; vsus est eam in rem codicibus ex bi-  
bliotheca Caesariensi palaest. *Gennadius*, post  
*Anatolium* ep. Constantinopol. perit commentar.  
in *Danielem*, cum pluribus homiliis; superest en-  
cyclica aduersus *Simoniam*; et fragmentum scri-  
ptionis contra *Cyrilli anathematismos*. *Antipa-  
ter*, bostrensis ep. scripserat *refutationem* apologiae  
*Eusebii Caesar.* pro *Origene*; dicuntur et quidam  
sermo-

sermones in sanctos existare; sed sunt auctoris iunioris, post inepta illa imaginum studia. *Antonius*, monachus, e discipulis *Simeonis*, stylitae, cuius vitam scripsit. *Acacius* synodi chalced. contra Basiliscum et suae sedis contra romanos epp. fortis defensor; superest epistola ad *Petrum*, fullonem, de *trisagio*; et latina altera, ad *Simplicium* rom. de *alexandrina ecclesia*. *Gelasius*, cyzicenus patria, presbyteri ibi filius, episcop. Caesar. palaestin. collegit *historiam concilii nicaei*, sicutis disputationibus auctam; deest tamen hodie *liber tertius*. *Iohannes*, ex grammatico presbyter antioch. scripsit aduersus eos, qui in vna tantum *substantia* (i. e. natura) asserunt adorandum Christum, nec acquiescunt, duas in Christo confitendas naturas. *Cyrilli* etiam ancipites sententias notauit. *Iohannes Talaia*, monachus antea, presbyter alexandr. tandem contra, quam iurauerat, episcopus alex; ab imperatore deiectus Romam adiit; scripserat *apologiam* ad *Gelasium* papam, contra Pelagianam haeresin. *Sabas*, magnae Laurae in palaestina praefectus, auctor *typici hierosolymitani*. *Quintianus*, asculan. ep. *Antheon*, ep. *Arsinoes*; *Fauſtus* ep. Apolloniadis, *Pamphilus*, Abydorum episc. *Asclepiades*, Trallium episc. *Iustinus*, episc. in Sicilia, scripserunt epistolatas aduersus *Petrum* Fullonem, de quarum tamen veritate *Valeius* dubitauit. *Aeneas*, ex platonico Christianus, scripsit *dialogum*, (Theophrastum), de immortalitate animae et corporis resurrectione. *Athanasius*, Petri Mongi successor alex. ad hunc volunt quidam pertinere plura eorum, quae prioris Athanasii sec. 4. nomine abutuntur, *synopsin* certe Scripturae; quam rem et *Euthaliani* operis dedicatio videtur confirmare. *Zacharias*, rhetor, *historiae ecclesiasticae* auctor, ab anno 450-491; scripserat etiam *Basilius*,

antioch. presbyter, histor. eccles. libros 3, ab anno 450 ad *Iustini* res; idem et contra *Iohannem*, Scythopolit. libros 16, vt Manichacismi inuidiam ei contraheret &c. sed perierunt eius opera, non sine nostro damno. Supersunt similiter tantum excerpta *Photii*, ex *Candidi* historiarum libris tribus, (ab anno 451-491).

### §. LXXXVII.

Non eccl-  
esiastici.

Inter scriptores sub oriente sole *non ecclesiasticos*, notandi sunt potiores isti: *Philostorgius*, bonis litteris praecipue excultus, Anomoeorum fautor; scripsit historiam ecclesiasticam, ab Ario ad *Honorii* mortem; libris 12; quorum initiales litterae nomen ipsius conficiebant. Supersunt tantum *Photii* eclogae et pauca alia fragmenta; scripserat etiam contra *Porphyrium*. *Sabinus*, macedonian. *Heracleae* Thraciae episcopus, scripserat οὐαρωγνύ τῶν οὐοδῶν, a Nicaena synodo ad suam usque aetatem; ex isto opere *Socrates* quaedam excerpit. *Eutyches*, constantinop. presbyter et archimandrita, *Nestorii* in *Ephesino* concil. aduersarius; superest libellus fidei λησμονι oblatus; supplicationes 2 ad Theodosium imper. Epistola ad Leonem papam, latine. *Lampetius*, messalianus, archiep. caesareae Cappadociae per fraudem ordinatus, sed et paulo post, ob flagitiosum vitae genus, reiectus; scripserat *Testamentum*, de quo *Photius* cod. 52. *Petrus*, Mongus, Eutychis fautor insignis, alexandriae bis episcopus, ob anathematizatum *chalcedonense* concilium tandem deiectus; *epistolam* ad *Aiacium*, constantinop. *Euagrius* descripsit. *Iohannes*, Aegeates, presbyter, auctor histor. eccles. a Nestorio, libris X, λησμονης defensor; alio libro *chalcedonensem* synodum probris concidit. Pauca ceterum

ceterum habentur monumenta Arianorum, Nestorianorum, Eutychianorum, ex hoc quinto seculo.

## §. LXXXVIII.

**E** Latinis magno numero scriptoribus fere eminent, **Seuerus Sulpitius**, presbyter; eius superest *historia sacra*, libris 2 a mundi exordio ad annum 400; de vita B. *Martini*; *dialogi* tres, C. *Gallus* et *Postumianus* colloquuntur; C. primus, de virtutibus monachorum orientalium; 2. 3. de laudibus Martini; hos dialogos olim *Gelasius*, decreto notissimo, ob Milleniorum errorem, damnavit; aliquot *Epistolae*, exigui momenti. **Chromatius**, aquilej. episc. *Homiliae* supersunt et tractatus in cap. V. *Matthaei* et partem sexti. **Innocentius**, episc. romanus, *Honorii* ad *Alaricum* legatus; scripsit haud dubie *epistolas*; sed ex iis 34, quae eius nomine ferri solebant, vix una aut altera ingenua esse videtur. **Aurelius Prudentius Clemens**, hispanus, post palatinam militiam libris (poematisbus) scribendis operatus; supersunt, *Psychomachia*, seu pugna vitiorum et virtutum; καθημερινοί, siue hymni aliquot per diei partes; περιστερίγενια. Contra *Symmachum* et veterem deorum cultum lib. 2. Incerta fere sunt, διττοχαῖον, seu V. et N. T. *enchoridium*; et *peroratio*. **Pelagius**, siue *Morgan* (marigena,) Cambriabritannus, eruditus monachus; nouae, si placet, haereses auctor; scripsit *commentarios* seu libros 14 expositionum in epistolas Pauli; *libellum fidei* ad Innocentium, rom. episc. Epistolam ad *Demetriadem* (inter Hieronym.) Perierunt libri tres de trinitate; *liber ἐκλογῶν* (sic legendum in *Gennadio*, non ἐύλογιῶν) ex diuinis *scripturis*, pro actuali conuersatione; *Cyprianum* hic imitatus fuit.

fuit. Epistolae duae ad Viduam; *de libero arbitrio libri 4*, contra Hieronymum. *Liber de natura*, (contra quem *Augustinus de natura et gratia* scripsit.) *Quatuor* aliae epistolae, (de sua causa) et *defensio fidei* suae, ab Augustino commemorantur. *Caelestius*, e nobili genere, *Pelagii romae discipulus*, *Ephesi* presbyter ordinatus; collegit eius *confessionem fidei* *Garnerius*, et epistolam ad clericos Romanos suae partis, quam *Iuliano* falso tribuebat Augustinus. *Liber definitionum*, recensetur ab eodem in libro *de perfectione iustitiae*; perit libellus in concilio carthag. oblatus; liber contra peccatum origin. Epistolae seu libelli ad parentes, de vita monastica; ad varia Caelestii *capitula* respondendum fuit Pelagio, in Synodo diöspolitana. *Anianus*, diac. *Celedensis*, *Pelagii* socius, qui libros aliquot scripsit contra Hieronymi epistolam ad *Ctesiphontem*, videtur idem ille esse, qui Chrysostomi quaedam *latine* interpretatus est. *Vigilantius*, barcinon. presbyter, qui Palaestinam atque ibi Hieronymum vidit, redux ingenuis censor superstitionis in martyrum reliquias, inuenusta miracula, lucernas atque vigilia in ecclesiis, atque in caelibatum clericorum; scripsit in partem *visionis Danielis*. *Paulus Orosius*, presbyter Tarragon. qui palaestinensis gestis contra Pelagium praecipue intersuit, scripsit libros 7. *historiarum contra Paganos*; *Apologeticum*, contra Pelagianos, de arbitrii libertate (inseritur pars non exigua ex *Augustini* libro *de natura et gratia*;) *communitariorum* seu consultatio ad *Augustinum* de errore *Priscillianistarum* et *Origenistarum* (inter Augustini opera). *Bonifacii*, qui Eulalium aemulum vicit, episc. roman. supersunt quaedam *Epistolae*, partim ad Rufum *Thessalonici*. partim ad episcopos Macedoniae. *Seueri*, Minoricae episcopi, fertur en*cyclicæ*

cyclica epistola, de Iudaeorum hac in insula conuersione, et de miraculis ad Sancti Stephani reliquias factis. *Marius Mercator*, Afer ut videtur; incerti status, graece et latine peritus. Scriptus et translatus e graeco multa. *Commonitorium* aduersus Caelestium graece Theodosio oblatum, latine postea editum; librum *subnotationum* in dicta quae-dam Iuliani; Epistolam Nestorii ad Caelestium; Sermones 4 Nestorii, contra haeresin Caelestii; Symbolum *Theodori*, mopsuest. translatum, cum refutatione; excerpta e 5 libris *Theodori*, a Mario collecta; plura in causa *Nestoriana* et *Cyrili* latine collegit; actionem etiam sextam concilii *Ephesini* latine transtulit. *Nicaeas*, Romatianae seu Aquileiae subdiaconus; scriptus *libellos* 6 instru-  
ctionis ad Neophytes (1. instituit Neoph. 2. errores gentilitatis arguit. 3. de fide vnicae maiestatis. 4. contra Genethliacos. 5. de symbolo. de agno pa-  
schali). *Iulianus*, Apulus, episcopi patris laudatissimi filius creditus; maritus (lector iam) filiae episcopi Beneuentani Aemilii, in quas nuptias *Paulinus Nolanus* scriptis Epithalamium; tandem episc. Eclanensis, sede sua ob Pelagianam haeresin electus. Scriptus, duas epistolas ad *Zosimum* papam (frag-  
menta in Augustini libris 4 ad Bonifac.) altera ex il-  
lis *libellus fidei* dici solet, 18 Episcoporum Siculo-  
rum nomine scripta; hunc *Garnerius* primus edi-  
dit. Epistola ad *Rufum* Thessalonic. nomine 18  
epp. sicularum; non desunt fragmenta. Libri 2 in  
*canticum canticorum*, quos *Beda* adhuc refutare  
solet, qui et de *bono constantiae* quaedam seruauit.  
Libri 4 ad Turbantium ep. contra *Augustini* pri-  
mum de nuptiis. Libri 8 contra *Florum*, quos  
*Augustinus* refutatum iuit. *Iulianus* ipse non paruo  
tempore apud *Theodorum* mopsuest. commoratus est.  
*Leporius*, monachus, presbyter, a *Pelagio* ad ca-

K 3 tholicos

tholicos transiit; scripsit de sua caussa *libellum emendationis*, ad episcopos Galliae, quem veteres *Augustino* tribuunt. *Paulinus*, Ambrosii diaconus et notarius, post presbyter; scripsit vitam *Ambrosii*, et *libellum*, quo *Zosimo* gratias agit, ob damnationem *Pelagii* et *Caelestii*. *Isidorus*, cordub. episc. a quibusdam auctor habetur *Allegoriarum*, seu commentariorum in omnes libros Regum, libris 4, qui inter Hispal. Isidori opera leguntur. *Caelestinus*, rom. episc. ad quem *Africanus* ecclesiarum suarum iura defensuri liberrime scripserunt, famosum *seculi typhum*, quem romani episcopi prae se ferre audebant, reprehendentes. Supersunt eius *epistolae* 14, e quibus quinque inter *Ephesina* acta. Fictae autem videntur tres aliae, ad *Cyrillum*, *Ioh. antioch.* et *Rufum Thessal.* nec ingenuus est *liber de secretis*; cuius generis scriptiones fingi solebant, cum de dignitate sedis *graeca* et *romana* ecclesia disputaret. *Commonitorium*, pro episcopis et presbyteris Ephesinum ad concilium missis a *Caelestino*, scriptum, superest; auctoritates episcoporum sedis apostolicae de *gratia dei* et libero voluntatis arbitrio, primae epistolae ad Gallos manuscripta subiicere solent. *Iohannes Cassianus*, inter monachos diu versatus, Chrysostomi diaconus, Romae presbyter ordinatus, Massiliae monasterium virorum, et mulierum alterum, condidit; scripsit XII libros, (4, de institutis coenobiorum; 8, de capitalibus vitiis,) ad *Castorem*, ep. Aptensem. *Collationes* patrum numero 24; libros 7 de christi incarnatione, contra *Nestorium*. *Possidius*, Augustini familiaris, Calamae ep. indicem scriptorum *Augustini* congesit. *Hilarius*, Honorati in sede arelat. successor, scripsit vitam eius; *carmen heroicum de genesios historia*, ad Leonem papam, Epistolam ad *Eucherium*; 2 ad *Augustinum*;

Ca-

*Capreolus*, ep. carthagin. *Epistola* superest ad Synodum *Ephesinam*, et altera, seu libellus ad Vitalem et Constantium, hispanos, de vna Christi persona contra Nestorium. *Patricius*, britannus, Hibernorum dictus apostolus et Aep. superest *confessio*, in epistola ad Hibernos explicata; Epistola ad *Corticium*, regem Cambrobritan. Synodalia capitula 31; canones 9; *Synodus Patricii et aliorum*, 34 canones complexa; aiii canones, et *prouerbia* quaedam; *spuria*, incerta saltim, sunt, liber de 3 habitaculis (inter Augustin.) *Charta S. Patricii*, seu epistola, de antiquitate atuellonica; de abusionibus seculi; *Sermō*, epistola, de missione ad Hibernos. *Sixtus*, hoc nomine tertius rom. episc. qui, cum adhuc presbyter esset, *Pelagianus* haberī solebat; supersunt episcopi *epistolae* quaedam ecclesiasticae; falsa tamen est illa *ad Orientales*; libri tres, *de diuinitiis*, castitate, malis doctoribus, operibus fidei et futuro iudicio, a *Garnerio* ei adhuc presbytero et pelagiano tribuuntur, qui postea istis libris *hypognosticon*, (inter Augustini) famam reparauerit. *Petrus*, Chrysologus, Rauennae ep. supersunt *Homiliae* multae, si quidem sint omnes vnius auctoris; et epistola ad *Eutychem*, archimandr. constantinop. *Maximi*, episc. regiensis, exstant alieno nomine quaedam *homiliae*; *Eucherius*, Iugdun. episc. pater 2. filiorum episcoporum, superest epistola ad Valerianum, de contemtu mundi et secularis philosophiae, quam *Erasmus* praecipue laudavit; epist. de laude *Eremi*; de formulis *spiritualis intelligentiae*; libri 2 instructionum ad Salonium, filium; alias auctoris sunt, *historia* passionis Mauriti et *legionis thebaeae*; commentator in *Genesin* et libros *regum*. Eius et plures sermones esse videntur, nomine Eusebii ep. Emis. vtentes. *Claudius Marius Victor*, massil. scripsit li-

bros 3 carminum in *Genesin*; carmen ad Salomonem abbatem, de peruersis suae aetatis moribus.  
*Caelius Sedulus*, presbyter, nisi episcopus, multorum carminum, s. poematum auctor, quae Turcius Rufus *Asterius*, consul anno 494, collegit. libri 5, de miraculis Christi, seu *carmen paschale*, eius oporis et prosaicam recensionem edidit.) Veteris et N. Testamenti collatio; *paean*, alphabeticus, de Christo; *collectaneum* vero seu explanatio brevis in omnes *epistolas Pauli*, est posterioris *Sedulii*. *Vincentius*, presbyter Lerinensis, *Lipi*, Trecassini episcopi, frater, *Peregrini* nomine scripsit *commonitorium* aduersus haereticos; eius etiam videntur esse *objectiones* aduersus Augustini doctrinam de praedestinatione et libero arbitrio, in capitulis 1.6 a *Prospéro* proditis. *Bacchiarius*, incerti loci et temporis; eius libellus *de Fide*, ad roman. episc. (quem fratrem nominat,) a *Muratorio* protractus est; *Caue* periisse dixerat. Epistola etiam superest, de *recipiendis lapsis*, ad Ianuarium. *Sabbatius*, gallicanus episcopus, scripsit librum *de fide* aduersus Eunomium et Aetium. *Vrsinus*, monachus Afer, scripsit, aduersus eos, qui rebaptizandos Haereticos decernunt, docens, rebaptizandos non esse, qui in nomine vel simpliciter Christi, vel in nomine Patris, filii et Spir. S. quamvis prauo sensu baptizentur; iis autem post simplicem trinitatis professionem sufficere ad salutem manuum episcopali impositionem. *Leo*, r. magnus cognomento, *Sixti* in romana sede successor, ob *ιωα πρεσβεια* in chalcedon concilio, Constantinopolitano episcopo decreta, in *Anatolum* infensus, et decretum illud *Petri* auctoritate generali definitione cassare ausus. Scripsit sermones aut *Homilias* plures; incertior est epistolarum numerus. *Libros 2 de vocatione gentium*, qui variis auctoribus, praeципue tamen *Prospéro*

*Prospero aquitan.* tribuebantur, *Leoni* vindicatum iuit ex impotenti in Leonem studio, *Quesnellius*. *Saluianus*, gallus, maritus *Palladiae*, gentilis adhuc patris filiae, (quam ad christianam fidem postea traduxit) presbyter tandem massiliensis. Scripsit de prouidentia et gubernatione dei libros 8, ad *Salonium* episc. olim discipulum; aduersus avaritiam praesertim clericorum et sacerdotum libros 4; ad *Salonium*, Timothei ficto nomine; epistolas nouem. Falso enim libros 3 *avtrineptariorum*, seu de locis V. et N. T. in speciem pugnantibus, quidam *Saluiano* tribuerunt. Perierunt autem, libri 3 de virginitatis bono; expositio extremae partis *Ecclesiastici*, ad Claudiu[m] ep. Vienensem; in Hexaëmeron, in morem graecorum, versu compositus liber unus; *Homiliae* multae contra episcopis, vel in usum episcoporum, fastae. *Constantius*, presb. Lugdun. *Hexametris versibus* latera altaris Basilicae, a *Patienti* episc. lugdun. exstructae, vicina ornauit; librum etiam de vita *S. Germani*, Antisiod. ep. qui superest. *Philip-pus*, presbyter, Hieronymi discipulus, praeter epistles, (quae perierunt) scripsit commentarium in *Iobum* libris 3 ad *Neclarium* episc. qui supersunt. *Pascha-nus*, episc. Siciliae, *Leonis* cum 2 aliis legatus ad concil. *chalcedonense*; auctor epistles ad Leonem, de Paschatis obseruatione; et epistles, de damnatione Diocuri. *Tiro Prosper*, aquitan. *Leonis* ep. notarius; tam non constat de eius episcopatu, ut videatur laicorum in ordine fuisse. Scripsit plura in causa Pelagiana, pro Augustino; excerpit sententias 388 ex Augustini libris, commentarium in *Psalmos* 51 posteriores; libros 2 de vocatione gentium, epistolam ad virg. *Demetriadem*, qua *Pelagii* ep. ad eamdem refutauit; carmen de ingratis, contra Pelag. librum 98 epigrammatum, ex

Augustini sententiis, &c. *Confessionem fidei;*  
*chronicon* satis celebre, sed et satis varium in editionibus; optime excusum in *Labbei* biblioth. noua  
 MSS. *Prosperti* autem non est, *carmen heroicum*  
 de prouidentia; *canones concilii Arausicanii* 2, qui  
 singuntur Leonis nomine ad concilii patres missi;  
 liber *de promissionibus et praedictionibus dei*,  
 et adiuncti libelli, (*dimidium temporis, de*  
*Antichristo &c.*) *de vita contemplativa*, libri  
 tres; (*Iuliano Pomerio* tribuendi). *Idacius*,  
 Galiciae episc. auctor *Chronici* ab anno 379,  
 quod ab aliis continuatum est ad finem seculi quinti.  
*Polemius*, seu P. Annaeus Sylvius, auctor *laterculi*,  
 quo *omnes dies festi* Christianorum et Gentilium,  
 quo quis mense designabantur, *Eucherio* episcopo in-  
 scripti; *Ianuarium* exempli loco edidit *Bollandus*.  
*Turibius* Asturicensis episc. interfuit anno  
 447 concilio nationali contra *Priscillianistas*; su-  
 perest eius *epistola ad Idacium et Ceponum*, epp.  
 de non recipiendis apocryphis scripturis et damnans  
 Priscill. Plures hac in causa ad *Leonem* pa-  
 pam libellos miserat, de quibus ex epistolis Leonis  
 constat. Auctor ignotus librorum 3, (*alteratio*  
*Zachaei*, et *Apollonii* gentilis,) pro defensione  
 christiana religionis, hoc seculo scripsisse videtur.  
*Salonius*, gallus, *Eucherii* Lugd. ep. filius; scri-  
 psit expositionem in *parabolas* Salomonis; aliam  
 mysticam in *ecclesiasten*, forma dialogi, quae su-  
 persunt, cum epistola ad Leonem. *Victor*, episc. in  
 Mauritania, scripserat, ad Gensericum Vandal. re-  
 gem, liber contra Arianos; liber *de poenitentia*  
*publica*, superest, (inter Ambrosiana); *Voco-*  
*nius* eiusdem prouinciae ep. scripserat aduersus *Iu-*  
*daceos*, Arianos et alias haereticos; et Volumen  
 sacramentorum. *Hilarius* diac. rom. a Leone ad  
 Ephesinam  $\lambda\eta\pi\sigma\mu\pi\gamma$  missus; diaconi, epistolae 2  
 exstant;

existant; episcopi autem romanî, epistolæ 10. *Arnobius*, iunior, (cuius iam pag. 118 mentio) auctor scriptionis, altercatio cum Serapione, aegyptio, de deo trino et vno; de duabus in Christo substantiis et vnica persona, et de gratiae ac liberi arbitrii concordia. *Claudianus Mamertus*, fratri Mamerti aep. Viennensis adiutor, seu chorepiscopus; scripsit de *statu animae* lib. 3 (contra Faustum,) ad Sidonium Apollinarem, et carmina quaedam. *Servus dei*, incerti loci episcopus, scripsit aduersus eos, qui Christum in terris ante resurrectionem *carnesis oculis patrem* non vidisse asseruerunt; ostendere conatus, Christum, ex quo e virgine natus est, ex vi unionis hypostaticae deum patrem et Spiritum S. carnis oculis semper vidisse. *Ruricu*ll**, lemovic. episc. senioris, supersunt epistolarum libri 2. *Remigius*, ex nobili genere, *Bennadu*ll** in sede rhe-mensi successor, Francorum, ob *Chlodouaeum* bapti-zatum, apostolus dictus; supersunt epistolæ 5 et te-stamentum; explanationum epistolarum Pauli alias est auctor. *C. Sollius Apollinaris Sidonius*, ex romano patricio et senatore tandem Aruernorum episc. supersunt epistolarum libri 9; et carmina multa; perierunt, historia Attilae regis, adfectum opus; translatio vitae *Apollonii*, Tyanaei; et plures scriptiones. *Faustus* ex abbate Ierinensi, episcopus regiensis; scripsit, (Semipelagianus di-ctus,) libros 2 de gratia dei et libero arbitrio; epistolam ad *Lucidum*, presbyterum, praedestinatium; hanc Synodus arelatensis (XI) et Lugdunen-sis (XXVI) episcoporum confirmauit. *Libellum de creaturis*, quod in iis nihil sit incorporeum, (refu-tauit eum *Claudianus*,) Professionem fidei, ad Leontium, arel. episc. aliquot sermones &c. perit liber de Spiritu S. et, contra Arianos et Mace-don. *Eugenius*, ep. carthag. postquam 24 annis se-des

des vacauerat; scripsit *confessionem fidei*, (quae supereft, apud *Viclorem Vitensem*); *epifolas ad plebem suam*, paulo ante exilium; *altercationes* cum Arianorum praefulibus, *Hunnerico* nuncupatas. *Vigilius*, tapitanus epiftc. in byzacena; ob Arianorum vim in Orientem fecessit; scripsit libros 5 aduersus Nestorium et Eutychen, pro defenſione *chalced.* ſynodi; dialogos 2, in concilio nicaeno inter Athanasium et Arium fictos; altercationes ſive 3 dialogos Athanafii nomine, contra Arium, Sabellium, Photinum; de trinitate, ſive de vnitate trinitatis deitatis, contra Mariuadum Arianum, libris 12, (Athanafii nomine) de unitate trinitatis, ad Optatum, (dialogus *Augustini* nomine fictus) de trinitate aduersus Varimadum, seu Mariuadum, diac. arian. libri 3, (*Idacii Clarii* nomine;) liber contra *Palladium*, epiftc. arianum, (pars prior actorum concilii Aquileg. 381 nomine, edita eft; altera pars eadem eft, cum *Ambroſii* libro, de fide, ſeu conſubſtantialitate filii; huius ſcriptionis altera editio conſtat oratione Nazianzeni 59.) *Solutiones* obiectionum arianarum; quidam Athanafii ſymbolum etiam ad *Vigilium* hunc referunt. Non ſatis certum eft, an hic fuerit *Vigilius*, african. ep. quem luculentum tractatum de mille annorum, qui in *Apocalypſi* praedicuntur, intelligentia, scripſiſſe dicit *Cassiodorius*. *Victor*, epiftc. vitensis, ab Hunnerico rege in exilium missus, scripsit Constantinopolis *historiam* illam *persecutionis* vandalicae, ſub *Gensericō* et *Hunnerico*; librorum non eft eadem diuifio. *Cerealis*, Afric. ep. ſupereft eius *disputatio de fide trinitatis*, quam a *Maximiano*, ariano, epiftco prouocatus, Carthagine habuit. *Alcimus Ecdicius Auitus*, aep. viennensis filius, et patris ſucessor, *Gundobaldum*, burgondionum regem, eiusque fil. *Sigismundum*, ab aria-

arianis ad catholica sacra traduxit; scripsit, carmen lib. 5 de origine *mundi*, peccati, de sententia dei; de diluvio, de transitu maris rubri; de laude virginitatis, carmen; collationem aduersus Arianos, coram Gundebaldo rege, aliquot *epistolas*, homiliam de *rogationibus*; opusculorum, quibus Pauli epistolae citantur, fragmenta supersunt; perierunt autem libri 2 contra *Nestorium* et *Eutychen*; liber contra *Fauustum*, de gratia et libero arbitrio. *Gelasius*, afer, episc. romanus, *epistolae* supersunt iam 16; 10 aliarum fragmenta, liber de vinculo *anathematis*; contra Romanos quosdam, qui *Lupercalia* tuebantur; aduersus *Pelagianam* haeresin; liber contra *Eutychen* et *Nestorium*, de duabus in Christo naturis, varie olim diuisus, (in quo transubstantiationem clare reuicit;) collectus etiam *codicem sacramentario*, sed hic a posteris varie auctus est; celeberrimum illud *decretum* (de libris canoniceis, ecclesiasticis, apocryphis), quod in concilio Rom. 70 episcoporum anno 494 proditum dici solet, non videtur satis certo *Gelasio* tribui. *Gennadius*, presbyter Massil. a quibusdam olim *Pelagianis* adscriptus; supersunt, *liber de scriptoribus ecclesiasticis*; de *fide* seu dogmatibus ecclesiasticis, ad Gelasium papam; *vita Hieronymi*, si is non est alius Gennadius. Perierunt, libri 8 aduersus omnes haereses; libri 6, contra *Nestorium*; libri tres, contra Pelagium; tractatus *de mille annis* et de *Apocalypsi Iohannis*; quaedam translationes Graecorum auctorum. *Anastasius* huius nominis 2 episc. rom. scripsit epist. ad *Anastasium Augustum*; aliam ad *Chlodoueum regem Francorum*. *Rusticus Elpidius*, *Theodorici*, regis Gothorum, medicus, Exquaestor; scripsit 24 Epigrammata, in totidem V. ac N. T. historias, carmen hexametrum de beneficiis Christi. *Iulianus*

nus Pomerius, arelatensis rhetor, post presbyter, scripsit libros 8 de *anima*, fere ex *Nemesio* excerptos, sed intercederunt cum quibusdam aliis; supersunt libri 3 (ascetici) de actuali conuerstatione. E gentilibus scriptoribus hoc seculo Christianos lacessuerunt, *Claudius Rutilius Numatianus*, Praefectus Praetorio et vrbis Romae, hic ibi in libris 2 *Itinerarii*; *Olympiodorus*, Aegyptius, legatus ad Hunnorum regem; scripserat *historiarum* libros 22, ab anno 407-425 res Romanas sub occidente sole gestas complexus; existant excerpta satis ampla ap. *Photium* cod. 80. *Zosimus*, comes, scripsit libros 6 *historiarum*, qui supersunt, non parum inqui in christiana nomina.

### §. LXXXIX.

Huius re-  
censionis  
vñus.

Sufficiunt iam ista nostro consilio; erat enim illud nobis propositum, ut ex ista breui recensione studiorum in caussam et dogmaticam et vniuersam religionem christianam, olim quinque fere per secula collatorum, facilis cognoscatur, quae nam sit hodie et amplitudo theologicae eruditionis, et eius vera indoles. De adiumentorum autem iusto censiū atque vñu, poterit haud paulo rectius statui, et via parari, qua sacrorum nostri temporis antistites et ministri incorruptius iudicare sustineant de multis rebus et studiis hodiernis, quam multi solent, qui rationes istas istorum temporum minus repetunt, aut parum recte cognouerunt. Igitur hoc iam ex ista breui scriptiorum Epitome satis intelligitur, non exceptisse olim statum aliquem, perpetuum atque proprium modum doctrinae, disciplinae atque iuris, quo christiani vtuntur, externi; nec caruisse istorum seculorum et doctores et ecclesias et consuetudines variis naevis et multis vitiis, quorum vim atque auctoritatem fas non est antiquitatis et sanctitatis

vano



vano nomine, aut posteriorum exemplorum multitudo, ad nos usque quasi confirmari. Sed occupat illa harum rerum ratio atque iusta cognitio et longum ampliusque rerum multarum quasi apparatus, et perpetuum ingenuumque exercitiorum variorum usum: ut, qui alterutro ipse destituitur, a multis erroribus sinistrisque in religione iuuanda studiis liberari nequeat; utrumque autem qui parum attigit, iudicare de liberali theologica eruditio omnino non possit. Recensuimus enim e. c. non paruo numero *ὑποβολαιαῖς* scriptiones atque interpolationes iam ex isto tempore, quod insita quasi sanctitate nostri temporis prauitatem vincere creditur; ut critico perpetuo apparatu et liberalibus adiumentis carere non possit, qui de caussa *dogmatica*, de disciplina et *vitae christianaæ* paeceptis atque institutis, de *historia* rerum sic aut aliter gestarum, de variis iuribus ecclesiasticis, de indole atque auctoritate ecclesiae, sententiam ferre voluerit, et sanam et nostrae rei utilem. Facile autem hac via reperiemus, istis seculis sua esse et virtus propria et studia atque instituta; nostram vero aetatem, si sua bona nouerit iisque rete utatur, longo interuallo antecedere superiorum temporum opportunitatem; dei etiam honorem et christianorum indolem inter nos haud paulo luculentius spectari debere: quam olim contigerit, si quidem praeteriti temporis virtus cauerimus; quod prudentes homines omnes, praincipie autem christianos, obseruare et praestare conuenit. Illa autem studiorum varietas, quae tot et tam diuersis voluntatibus, a maioribus minoribusque sacerorum partibus et seculis, collata sunt ad vniuersum christianaæ rei vetustioris temporis ambitum, efficit, ut compendium quasi viae maximopere quaerendum sit; ne de feliciter ementiendo campo vel minus segnes quasi desperent, aut minus utilibus studiis atque institutis ultra adhaerentes

rentes magno conatu parum agant, quod operaे sit hodie pretium.

Pracibimus igitur et vtiliorum *librorum*, quibus eruditionis theologicae partes porro liberaliter adiuari possunt, censum breuem, ac *theologicam* quasi *bibliothecam*; et eorum aliquam copiam suggerente audebimus, quae nobis videmur aut ipsi obseruisse, aut recte e superiorum temporum ingenuis sententiis repetuisse, quibus usi sacrae rei per nostram aetatem ministri ad rerum summam et praecipuam quasi arcem attendere, multa autem vitare et proiicere sustineant, quae parum iustis studiis aut pertinaciter tenebantur, aut praeferri etiam ceteris rebus solent. Atque hac in causa ita versabimur, ut Christi, ingenuorumque et proborum doctorum imitatorem deceat; quem in commune consulere, non sibi studere, oportet.

Ista autem in Receptione scriptorum christianorum, qui quidem ad seculum sextum usque nobis iam noti sunt, volens et prudens omisi obscuriora quaedam eorum nomina, de quibus ne satis quidem constat, quod nam in tempus referendi sint, aut quorum scriptiones nimis exilis argumenti esse videbantur. Plerorumque tamen etiam desperitos libros annotavimus, ut de temporum hominumque ingenio possit iam quasi sententia occupari, quam in rem nec ista omissa fuerunt, quae superstitionem aliquam involuunt, (de reliquiis, sanctis &c.) quae hominum prauos mores aut maleficia attingunt, quae monasticæ *oīonēas* indolem designant. Minus autem ei rei, quam sequi institui, conuenire videbatur, compendium aut Epitome ex *Affemani* bibliotheca orientali, quae multas *homilias* et scriptiones monasticas longo ordine recenset, ex *Syris* auctoriis; quorum plerique etiam ad posteriorem aetatem pertinent. *Synodales* multas *epistolias*, et ad conciliarum quorundam defensionem atque auctoritatem

tatem collata studia commemorauit; rituum et formae religionis externae documenta non pauca istis scriptionibus attinguntur: vt nihil fere desit, ex omni isto rerum christianarum ambitu, de quo non aliqua hic extet mentio; vt vel ex istorum seculorum breui censu facile possit singi atque intelligi, quaenam sit genuina et perpetua indoles theologicae eruditionis ad nostra vsque tempora, quibus studiis opus sit atque subsidiis, si quis velit liberalem hic agere arbitrum, atque reperire utilem et salubrem modum docendae et tuendae rei christianaee, vt nostrae conuenit aetati. Ita enim inde a vetustis seculis res habuit; vt doctores et ministri religionis suo tempori et suis hominibus dederint operam; vario successu, vt bona aut mala consilia et studia eam ad rem attulerunt. Facile autem iam intelligitur, multum adhuc superesse si quis bene mereri de promouenda eruditione theologica velit; nec enim tot per secula exhauserunt interpres, sacrae scripturae iustum et stabilem interpretationem, licet suo omnes tempore utiliter et salubriter sacris litteris vti in sua suorumque caussa potuerint. Atque vt iusto plus spernere non licet vetustiores interpres, graecos latinosque patres: ita nec iusto maius pretium statuendum est, licet sint celebratissima quorundam nomina. Similiter *dogmaticam* caussam adiuuerunt ista per secula, vti licuit; leges autem nobis scribere non potuerunt, qui agnoscimus scripturae tantum sacrae eam deberi auctoritatem, vt ad eius normam sententias ipsi componamus, quas reperire, nostris vni oculis et iudiciis, possumus. *Polemicus* autem locus sine malignitate et iniuria in alios vix tractari potest a nobis, nisi diligentius obseruata fuerit eius caussae historia atque oeconomia; vt successit rationum usus et sententiarum census. Illa autem historia non parum

L

adiu-

adiūuabit et confirmabit liberalēm huius theologiae tradendae modum. Nec historia ecclesiastica clara in luce ita collocata est, vt nihil aut vt pauca et media- crio supersint a nobis reperiunda; ausim potius af- firmare, longe maiorem utilitatis nostrae partem adhuc quasi non obseruatam, non in lucem pro- traētam esse. Tum vero pestiferorum errorum aut malignarum consuetudinum, siue opinandi siue agendi morem spectemus, ingenui fontes nondum satis requisiti sunt; qui si ad plures pateant, non opus erit verbosis libris aduersus malos et peruersos aduersarios; boni enim omnes facile inuenient, quae sententia ferenda sit. Tandem ipsa vitae pu- blicae ratio et ecclesiae externae indoles eximie illu- strabitur, vt desinamus molestis studiis ea quasi persequi et nobis proponere, quae locum num- quam habuerunt, aut habere numquam possunt. Harum rerum si vel parum iuuemus explicationem: videmur nostro iure non nihil contulisse ad ecclesiae incrementa; dei autem est, efficere, vt prosperi successus non desint.

*Finis libri primi.*



Ia 1622

512

ULB Halle  
005 217 121

3



St

m.c.





D. IO. SAL. SEMLERI  
INSTITVTIO BREVIOR

AD  
LIBERALEM ERVDITIONEM  
THEOLOGICAM.

LIBER PRIMVS.

